רמשק סמוט ואטליש

OLAVI RUDBECKII FILII
Med. Doct. & Anatom. atque Botan. Profess.
Ordinar. & Reg.

ICHTYOLOGIÆ BIBLICÆ
PARS PRIMA,
De Ave
SELAV,


Quæ,

Respondente
SAC. REG. M:TIS
Alumno
ANDREA BRODD Westro-G.
Med. Stud.

Publico Eruditorum Examini
modeste subjicitur,

In Auditorio Gustaviano Majori, horis
ante meridiem solitis.

Ad d. 3. *Junii, An.* MDCCV.



UPSALIS,
Ex Officina JOHAN. HENR. WERNERI, *Regiæ*
Academiæ Typographi.



Märk Sinnebildren wäl! se hwad then Herren är/
Som Skiölden wunnit har/ och then med heder bär.

På dygde-fältet blå står gylne kronan skiön/
Men på thet gylne fält en heders lager grön.
En wakſam Trana hår en wakſam Herre wiser.
Tre Stiernor Siälens Ell/ som i förståndet lyser.
Twå röda Bielkar i thet Silfwer-fälte rent.
En Fast och Idug Man/ som Swerie wäl har ment:
Och ty tre Hielmar fått/ som trenne kronor kröna.
Then fierde rånner up på Lager-qwistar gröna.
Thes Wingar stiga högt. Thes Biin nog sötma få.
Thes Stiernor lysa widt. Thes Bielkar ofwan på.
Alt lämpar sig til En/ then twenne Örnar lyfta
Til himmeln äntlig up: thit alla dygder syfta.

Kongl. May:tz

Högtbetrodde Man/ Råd/ Estats- och Cancellie-Råd/ så och Secreterare af Staten/ samt Upsala Academiæ Canceler/

Den Högwälborne Grefwe och Herre/

Gref CARL GYLLENSTIERNA.

Högwälborne Herr Grefwe/

Hög-gunstigste Herre!

Å Jag och drista mig et olärdt språk at drifa?
Jn för En Herre lärd/ och Hufud för then hop/
Som nije Major födt/ och wijshet bragt i rop.
Må the och skrifa lärdt/ som på Latin ej skrifa?

Gån fram och swaren nu J Engeländer lärde!
J höge Tyskar/ och J qwicke Franske Män!
J Italiener/ som alt skrifen daglig än/
På edert modersmål. Är thet af intet wärde?

S

Så döma gårna the/ som andra gårna döma/
Och i sit moders mål ej råtta måle nått;
Men uthaf Odins miöd mer drägg ån sötma fått:
Och ty sit egit språk långt för ån annat glöma.

Må Swånskan mera år ett olårdt språk på jorden/
Ån Græska och Latin? År helga språket sielf
Ej slågt med Swenskan och af samma språng och elf?
Fast Hebers sprang åth Sör; men Habors hit åth Norden.

Jag tror wårt Swenska språk kan gifwa samma nöje/
Som Græska och Latin: ja! åfen kallas lårdt/
Om lårde man ther i thet skrifa/ som år wårdt.
En Tadler tadlar alt, af alt giör han sig löje.

Då Eder Excellenz hög-gunstigt tåckes tyda/
Sielf mågtig lårda språk/ en slåt och ringa skrift/
Som wålment skrifit har/ fast uthan skalde drift/
En Swensk/ som gårna will thet Swenska språket pryda.

Men huru kommer jag så sent? som bland de främsta
Dock hug och tanka haft at först then åhran få/
Och se ert Stora Namn/ o Store CANCLER/ stå
För thetta ringa Wårk/ som minst år bland the såmsta.

Jo! lyckan nekat mig/ så fort som andra komma:
Ty sedan Lapen/ som mig kostat möda nog
Med mer i Sala brand/ en ynklig ånda tog/
Så går mig som then ört/ som för bår frugt ån blomma.

Til Eder Excellenz jag sinnad war at båra/
Sist i förledne åhr/ en rar och sålsynt Fisk/
Som kom i Ryßian min/ når Sachs och Ryß fick pisk/
Och store Konung CARL han segra med stor åhra.

Men

Men såsom thenne fisk har fogle wingar stora/
Så låt han icke sig/ som andra fiskar/ ta.
Han flög uhr Ryßian up/ ther andra simma bra:
Ty war thet mågta når jag skulle then förlora.

Dock for jag efter fort/ och hölt thet för en heder/
At få en **Fogel-Fisk**: kom åntlig och så widt/
At jag fick honom fast/ sen wi ha något stridt/
Och lägger honom här för Edra fötter neder.

En ganska ringa skånck! ja mera rar ån wacker/ *se pag. 12.
Om then ej nämnas * fått af Eder Excellenz/
Som år hos **Konung CARL** then **Store**/ och allstånz
Wål kånd för **goda Råd**/ och drift i höga saker.

At alle med en mun all förmån Er til ägna/
Som OXENSTIERNA haft/ hwars namn lår aldrig dö.
Then Store MAZARIN och sluge RICHELIEU
The lefwa uthi Ehr/ wår Musers **Ro** och **Fägna**!

Ty som Er Excellenz hos CARL then Elfte warit
En trogen CALEB wist/ som följde MOSEN tått/
Och sedan JOSUAH wål tiente på alt sått:
Så har then Tolfte och Ert witra **Wet** er-farit.

Som lik et LEJON ungt går fram och ej tilbaka/
Fast ån han Ulf och Biörn emot sig såge gå.
Ja! Drakar/ Buflar och the Elephanter grå
The fly/ så snart the se then HIELTEN uthan maka.

Then Himmeln hägne ståds/ och gifwe långlig styrka/
All lycka/ seger och ther på en önsklig frid.
Så at wårt Swia Land må långe glädias wid
Sin dyre **Konung CARL**; och GUD sin GUD rått dyrka.

Thet

Thet önskar jag/ som här på Helicon har blifit
En Alof Alfes Son. Jag önskar än en gång
Wår Store CARL få se/ och mötan med then sång:
Lef Store CARL å PAN/ som oß Carl Pæan gifit;

Men hwarest föres jag af Echo som här gifwes?
Och hindrar PAEAN wår nu långre än jag bör:
Ty lef! lef PAEAN säll! war gunstig nu som för:
J Eder höga Hägn tag mig och hwad här skrifwes.

Eders Hög-grefl. Excellencez

Ödmiukeste Tienare
Olof Rudbeck Sonen.



A. Ω.



Miſiſſe me falcem in alienam meſſem iis fortaſſis videbor, qui argumentum hoc plane philologicum adeoque a muneris, quod gero, ratione diſtinctum & alienum eſſe putant. Non autem dubito, quin ſententiam, primo intuitu a vero non plane abſimilem, mutent, utprimum graviſſimas meas audierint cauſſas, quibus motus ſuccisivas horas hujusmodi lucubratiunculis hoc inprimis tempore delegaverim. Quas nunc recenſerem, niſi conſtitutum mihi eſſet commodiusque viſum, alia occaſione, DEO favente, id perſequi. In præſenti monuiſſe ſufficiat, non exiſtimandum eſſe hujus materiæ tractationem, ſpartæ, qua per DEI gratiam fungor, nullatenus convenire. Profecto ad neminem magis hoc negotium ſpectare videri debet. Namque de *Selava* dicere & inquirere coturnixne ſit, an locuſta, vel alius generis avis, deque natura porro & indole ejus copioſius atque enucleatius diſſerere tam mearum eſt partium, quam herbarum rationem tradere atque explicare. Quod cum extra omnem controverſiæ aleam poſitum ſit, ſupervacaneum duco excuſationis loco plures heic adferre rationes, cùm in re tam clara unica hæc abunde ſufficiat. Verum, quo ſucceſſu tam ſignificationem vocabuli τȣ̃ *Selav*, quam veram naturam & indolem ejus explicuerim, eruditorum judicio relinquendum eſſe exiſtimo, quo-

rum æquanimitatem ut mihi conciliem eò magis necesse est, quò certius prævideo, futuros non paucos, qui sententiam meam plane novam & erudito orbi hactenus inauditam, ceu vanam & temerariam, rationibus haud subductis, pro more suo exsibilando, atro, ut dicitur, notabunt carbone.

§. II.

Communis ferme sententia fuit vocabulum Hebræum שלו *Selav*, cujus mentio fit Exod. 16: 13. Num. 11: 31. Coturnicem significare. Primus vero exstitit Jobus Ludolfus, vir muneris dignitate non minus quam eruditione inter proceres reipublicæ literariæ summus, qui novam hujus vocis significationem commentus est. Argumenta, quibus motus receptam destituit opinionem adducta in commentario ad historiam suam Æthiopicam breviter recensuit in parte dissertationis secunda de Locustis Israelitarum in Deserto. Unde apparet eum accipere vocem שלו *Selav* de Locustis mundis, esui idoneis & sapore gratis. Rationes ad ejus mentem sunt in promtu. Existimat primum a posteriori investigandam esse genuinam vocis significationem, hoc est, a descriptione rei propositæ, ejusque natura, ex sensu atque totius historiæ contextu: idque hanc ob caussam, cum suspicetur in captivitate Babylonica deperditam esse veram hujus significationem. Id enim arguere tam quod vetustissimi S. Scripturæ interpretes, LXX videlicet Seniores & Chaldæus Paraphrastes diversimode hanc vocem interpretentur: quam maximè quod ceteri orientales interpretes Chaldæus, Syrus & Arabs eandem inexpositam relinquant: denique quod neque hodierni Judæi inter se conveniant quis & qualis avis Selav fuerit.

§. III.

Porro occurrit objectioni, non sibi religioni esse, spreta notione atque significatione vocabuli alicujus S. Scripturæ explanationi incommoda & inepta novam inauditamque eruditis tradere, quamvis ea in re dissensus fiat a tota ecclesia Judaica & Christiana & ab omnibus S. S. versionibus. Namque decere hoc virum doctum & cordatum, exigentibus sic circumstantiis: Esse enim innumera vocabula Hebraica animalium,

plan.

plantarum, metallorum, gemmarum &c. post captivitatem ipsis Judæis ignota, idque fatentibus Maimonide & R. Salomone, quorum vera significatio ex posteriore, a viris multiplici eruditione ac ingenii perspicacitate instructis eruenda est: probari insuper hunc morem summis gravissimisque Theologis, qui neglecta communi sententia minime sibi religioni ducunt glossemata, ad fidem moresque non spectantia e tenebris eruere, & textui naturæque rerum convenientius exponere: Ultimò denique confirmari exemplo Bezæ & Deodati, & qui primo nominandus loco fuit, Bocharti; quorum illi Leviathanem per balænam, hic Behemoth per Hippopotamum, dissentientibus omnibus in universum Doctoribus tam Judæorum quam Christianorum, explicarunt. Hinc colligi facile posse digressionem heic loci non absque judicio factam esse; præterquam quod aliæ hujus adferri possunt rationes, quæ non parum momenti ponderisque habere videri poterunt. Utpote, quod Josephus in antiquitatibus Judaicis primus, ortygometræ significatione rejecta, contra mentem antiquiorum Judæorum interpretum, nec non auctoris libri Sapientiæ & Philonis, *Selav* per Coturnicem explicuerit, adstipulante Ecclesia Latina in vulgata sua, quam vernaculæ pleræque in Europa secutæ sunt. Proinde cum verus hic non reperiatur consensus, neque sibi vitio vertendum esse, quod in tanto sententiarum divortio, quod naturæ rei & textui convenientissimum videtur, proferre conatus fuerit. Hoc idem insuper svadere totam de Selavis historiam, quæ tota quanta est, miraculis statuenda est plenissima, nisi de locustis explicata fuerit. Ad Coturnices enim eò minus adplicari posse, cum certum sit in nullas quadrare aves, ut tam inæstimabili numero dentur: ut sesquicubiti & quod excurrit, altitudine cumulatæ vivant, cum ne pedis quidem possint; præterquam quod nova statuenda sit creatio, interque colligendum miraculosa multiplicatio, quæ omnia heic locum non habent.

§. IV.

Neque novæ huic sententiæ obstare arbitratur Scripturæ dicta, quæ pro communi sententia adferri solent. Quorum

 pri-

primum est Num. XI. v. 4. 10. 13. 18; unde infertur Locustis locum non esse, cum Israelitæ carnem a Deo petierint, vel potius sibi a Mose aut undecunque dari non sine fletu desiderarint. Respondet, tanto minus valere hanc consequentiam, quantò certius est dictis versibus nullam contineri carnis petitionem sed desiderium idque vagum & extraordinarium. Verba enim versus 4. מי יאכלנו בשר *quis cibabit nos carne?* esse verba desperantium, adeoque ex genio lingvæ Hebraicæ in absolutam resolvenda negationem: quemadmodum talis ἐρώτησις aliæque in Scripturis S. passim obviæ æquipollent, ut loquuntur Logici, simplici neganti. E. g. Ps. 113. 5. מי כיהוה אלוהנו *quis est sicut Jehovah Deus noster?* id est nemo prorsus. Conf. Es. 53. 8. Hebr. 1. 5. & alia pluscula: pariter מי יאכלנו בשר *quis cibabit nos carne?* nemo prorsus; adeoque hanc esse summam querelarum, cum in Ægypto ederint pisces gratis: cucumeres, pepones &c. jam vero nil nisi vilem Mannam accipiant, hinc corpora eorum exsucca reddi & emaciata, cum nemo existat in deserto, qui carnem suppeditare possit. Nec aliquò valere censet ea, quæ regeruntur: nimirum petitionem carnis omnino esse, quæ quamvis non explicite ex allegatis versibus habetur, implicite tamen v. 18. eam contineri, atque colligi tam ex responso Dei ad populum Dei dato Mosi v. 18. ex verbis: *parate vos in crastinum ut comedatis carnem* &c. quam ex postulato Mosis: *da nobis carnem ut comedamus.* Respondet verò, συνάφειαν textus evincere tendisse populum in contemtum Dei, adeoque Deum ira accensum populo contumaci, tametsi non rogatum, ostendere voluisse potentiam suam non esse imminutam, ideoq; jussisse ut pararent se ad manducandum carnem, quam sibi in deserto dari non posse putaverant. Exinde constare facile posse, Deum deprecantis populi querimonias pro petitione non exponere. Quod ad verba Mosis adtinet, notandum esse, neque eum querelam populi pro æqua petitione habuisse, quandoquidem conquestionem ejus non pro more suo, cum intercessione aliqua, ad Deum tulit, sed lamenta tantum ejus refert, suamque simul in Deum diffidentiam prodit.

§. V.

§. V.

Porro iis, qui petitionem carnis propugnant, argumentanturque ex v. 13. 21. & 22. carnem quoque Iſraelitarum nomine petiiſſe Moſen, dum cum Deo expoſtularet, parata eſt reſponſio. Nimirum expoſtulaſſe Moſen cum Deo de munere nimis oneroſo, ad quod levandum, Deus ſeptuaginta Seniores tanquam regiminis miniſtros adjunxit. Itaque accurate tenendum eſſe, hanc principalem fuiſſe querelam: ex incidenti autem injectam eſſe mentionem carnis, ejusdemque non defectus, ſed quantitatis. Neque demonſtrari poſſe petitionem implicite contineri verbis v. 13. quatenus populi poſtulatum de carne danda Deo proponit Moſes. Nam præterquam quod ex indubiis hypotheſibus vagæ exſurgunt illationes & probationes, etiam ſciendum eſt lamenta populi & queſtus recenſuiſſe Moſen, non ut poſtulatum, ſed ut ſeditioſa verba tanquam ſui tormentum, ut exinde gravitate oneris eò clarius oſtenſa; Deum fortioribus argumentis ad illud levandum perduceret.

§. VI.

Argumentis, quæ pro petitione carnis ſtabilienda, a communiſſimæ ſententiæ patronis adferri ſolent, refutatis, per ſe cadere reliqua omnia, de quantitate carnis cenſet autor ſupra laudatus. Utpote primo, quod ex v. 4. 5. & 18. colligitur petiiſſe populum carnem, qualem in Ægypto habuerant. Reſpondetur dictis locis concupiſcentiæ carnis generalem fieri mentionem, qualitatis nullam. Secundo, quod ex v. 18. adſtruitur datam etiam illis fuiſſe talem a Deo, hoc fruſtra adſeritur, cum dicto loco de qualitate dicatur nihil. Caro promittebatur ipſis, ſed ut talem acciperent, qualem poſtulabant, ad id non obligabatur Deus. Profecto in pœnam concupiſcentiæ documentumque omnipotentiæ qualemcunque carnem eſu licet ingratiſſimam, in furore ſuo dare poterat, modo carni quodammodo ſimilis eſſet, quemadmodum cum promitteret panem, analogum panis, quod fuit Manna dediſſe legitur. Nec aliquid firmitatis habet argumentum quod ex v. 23. pro qualitate carnis demonſtranda adfertur, cum totus ille

agat de quantitate, ut ex toto contextu evidentiſſime comparet.

§. VII.

Accedendum nunc eſt ad id, quod maxime & vehementiſſime ſententiam novam impugnat, Petitur illud argumentum ex Pſ. 78: 27. ubi verba ita ſe habent: וימטר עליהם כעפר שאר וכחול ימים עוף כנף; *quum depluiſſet ſuper eos carnem tanquam pulverem & ſicut arenam marinam, volucres alatas.* Hinc infertur hanc carnem fuiſſe cujuſdam volatilis & quidem עוף כנף i. e. volucris alatæ ex earum genere quæ καθ' ἐξοχὴν עוף ſeu volatilia dicuntur, & a שרץ עוף reptilibus volucribus diſtingvuntur Lev. 11. v. 13. 20. & Deut. 14. v. 19. coll. Quod eò accuratius expendendum venit, cum totius fere controverſiæ cardo hoc in momento videatur verti. Namque ſi ſtatuitur eſſe carnem cujuſdam volatilis, καθ' ἐξοχὴν ita dictæ & a reptilibus volucribus diſtinctæ, explicationi de Locuſtis nullatenus eſſe locum evidentiſſime inde conſequitur. Itaque uti pro certo habendum eſt, extra omnem controverſiæ aleam poſitum eſſe, fuiſſe carnem עוף כנף ſ. volucris alatæ, ita juxta accurate tenendum, vocabula hæc explicanda eſſe per Synechdochen generis pro ſpecie, adeoque ſub עוף כנף comprehendi tam aves quam inſecta volatilia. Hoc vel inde maxime patere, quod demonſtrari poſſit עוף etiam abſolute poſitum eſſe genus avibus & inſectis commune: deinde quoque neminem de eo ambigere, quin inſectis quibusdam ſint alæ: cuique accedit aves proprie dictas apud Hebræos denotari vocabulo צפור non autem עוף כנף. Quod cum ita ſit, manifeſtum eſt dicta loca communi non magis patrocinari ſententiæ quam novæ. Eſſent quidem hæc ſingula ad oculum demonſtranda, ſed cum locorum Scripturæ Sacræ collatio foret ſatis ptolixa, remittendum arbitror benivolum Lectorem ad commentarium autoris laudati, ubi ſingula miro quodam ingenii acumine confert & examinat. Ubi videri eodem negotio poteſt, quomodo quaſi ad liquidum demonſtret, quod ſub עוף כנף in prima creatione comprehendantur inſecta, nec non, quod in illa animalium in arcam Noachi introductione, ſub volucribus cœli etiam inſe-

insecta intelligantur. In eorum gratiam, quibus non adeo pronum est, ex ipso autore hæc percipere, subjungam super hoc negotium judicia præcellentium duorum Rabbinorum. Sunt illi R. Samuel Francofurtensis, sacerdos ex urbe Schotten & R. Simeon Jacobi F. Hierosolymitanus a popularibus suis in Europam missus. Hi a Domino consiliario &c. Ludolfo interrogati, ad quæstiones ejus Hebraice, subscripto nomine, respondent, quorum summa ferme hæc est.

Quæritur primo: ubi Moses in creatione mentionem fecerit insectorum volatilium? Respondent eorum factam esse mentionem cum dicit: Et omne volucre alæ secundum speciem suam. Quia vox עוף *volucre*, denotat omne id, quod volat: vocabulum כנף *ala* autem, omne quod habet alas.

Quæritur secundo: Num dici possint insecta volucria comprehendi sub voce רמש reptile? Respondent negando: quia vox רמש est a רמס quod significat calcare & ambulare, indicatque quicquid semper graditur super terra, & non volat, ne semel quidem in aere.

Quæritur tertio: ubi mentio facta sit insectorum volatilium in ingressu in arcam? Respondent comprehensa esse illa his verbis: & omne volucre secundum speciem suam: hoc enim comprehendit omne quod volat. Species autem duæ continentur his verbis: כל צפור, כל כנף omnis avis, omne volucre; quia vox צפור denotat aves, quibus sunt plumæ: כנף autem volatilia, quæ pennas non habent, sed tantum alas.

§. VIII.

Ex iis quæ allata sunt constare arbitror, quæ sit, quantique habenda viri illustris de vera τῦ *Selav* significatione, erudita digressio. Fateor vulgatam de Coturnicibus sententiam firmissimis ab eo concussam videri rationibus, adeoque munitam stabilitamque recentissimam ejus, ut in eam facile concessissem, nisi in accuratiori disquisitionis ejus perlectione occurrissent aliqua, quæ in nonnullis discessum a viro Maximo svaderent. Quæ luci publicæ non committerem, nisi eo ipso, viro nobilissimo me gratificaturum scirem, qui dissentientibus non modo non succenset, sed etiam, si vera invenisse videantur, eos-

dem

dem ſuo calculo exornare & favore complecti ſolet. Idque eò certius mihi perſvaſum habeo, cum profiteatur alicubi ipſemet, ſe lubentiſſime in eorum eſſe ære, qui objectiones magni parvique momenti, in unum colligere, eique expendendas mittere non gravantur. Proinde dum novam diverſamque ab omnibus in univerſum eruditis comminiſcor ſententiam, eamq; firmiſſimis adſtruo argumentis, a priori non minus quam a poſteriori petitis, id inprimis ago, ut morem geram virorum ſummo. Utar autem data ab eo monendi licentia quam modeſtiſſime, veritatem indagandi literasque ſacras illuſtrandi ſtudio unice ductus.

§. IX.

Locus maxime inſignis de Selavis agens comparet *Num:* XI. v. 31. qui ita ſeſe habet:

Text. Hebr. ורוח נסע מאת יהוה ויגז שלוים מן הים ויטש על המחנה כדרך יום כה וכדרך יום כה סביבות המחנה וכאמתים על פני הארץ.

Targum Onkelos. ורחא נטל מן קדם יהוה ואפרח שליו מן ימא ורמא על משריתא כמהלך יומא לכא וכמהלך יומא לכא סחור סחור למשריתא וכרום תרתין אמין על אפי ארעא

Targum Jonath. Ben Uſiel. ורוחא דעלעולא נפקת ונטלת ברוגזא מן קדם יהוה ובעא למשטפיה לעלמא אילולי זכותא דמשה ואהרן ונתב בימא רבא ואפרח שליו מן ימא רבא ושרא על דין דועיר במשריתא כמהלך יומא לציפונא וכמהלך יומא לדרומא וכרום תרתין אמין דהוה פרח על אנפי ארעא והוו מהלכין בהון עד פרתהין מטול דלא ילעון בזמן מכנשהון יתהון

Chald. Paraphr. translata: Ventus autem egreſſus eſt a facie Domini & volare fecit coturnices de mari, & projecit eas juxta caſtra, itinere unius diei hinc & itinere unius diei illinc per circuitum caſtrorum, & quaſi altitudine duorum cubitorum ſuper faciem terræ.

Verſio Targ. Jonath. Ben Uſiel. Ventus autem tempeſtuoſus exiens, & a Deo cum vehementia quadam immiſſus uni-

universum submergere voluit mundum, nisi meritum Mosis & Aharonis intervenisset. Hic insedit mare magnum & volare fecit coturnices de mari magno, ibique commoratus est, ut eas in castra projiceret, itinere unius diei versus septentrionem, & itinere unius diei versus austrum, profuditque eas quasi altitudine duorum cubitorum super faciem terræ, fecitq; ut pertigerint ad ambulantium umbilicum, ne eas colligendo fatigarentur.

Castalion. Profectus à Jova ventus, coturnices *ex* mari correptas in castra dispersit, quæ undique circum castra unius fere diei itinere circiter duos cubitos super terra essent.

Syriac. Et ventus profectus est a conspectu Domini, & educens coturnices *è* mari, projecit *super* castra, itinere diei hinc & itinere diei illinc circum castra, & fere duobus cubitis super faciem terræ.

Arab. Flavit ventus de conspectu Dei, transtulitque coturnices *è* mari & projecit eos *super* castra, itinere unius diei sic dextrorsum & sinistrorsum circa illa, & *elevabantur a terra* quasi duobus cubitis.

Versio Ariæ Montant: interl. Et ventus profectus est a Domino, & abripuit coturnices *è* mari, & dimisit *super* castrametationem circiter via diei huc, & circiter via diei illuc, circuitus castrametationis: & fere duobus cubitis super facies terræ.

Samar. Tum spiritus profectus est a Domino, & transtulit coturnicem *à* mari, diffuditque *in* castra, velut itinere diei hinc, & velut itinere diei illinc circum castra, & velut duos cubitos super faciem terræ.

LXX. Καὶ πνεῦμα ἐξῆλθε παρὰ κυρίου, καὶ ἐξεπέρασεν ὀρτυγομήτραν ἀπὸ τῆν θαλάσσην, καὶ ἐπέβαλεν ἐπὶ τῆς παρεμβολῆς, ὁδὸν ἡμέρας ἐντεῦθεν, καὶ ὁδὸν ἡμέρας ἐντεῦθεν, κύκλῳ τῆς παρεμβολῆς ὡσεὶ δίπηχυ ἀπὸ τῆς γῆς.

Interp. ex Græc. LXX. Et spiritus exiit à Domino, & transire fecit coturnicem *à* mari: & immisit *in* castra, viam diei hinc, & viam diei hinc in circuitu castrorum quasi *bicubitum a terra.*

Tremell. Tum ventus profectus à Jehova abripuit coturnices *à* mari; & dissevit *ad* castra, quasi itinere unius diei

hinc & quaſi itinere unius diei illinc circa caſtra: idque ad duos cubitos in ſuperficie terræ.

Seb. Schmid. Ventus profectus eſt a cum Jehovah, & abripuit coturnices *à* mari, demiſitqve *ſuper* caſtra, inſtar itineris diei hinc, & inſtar itineris diei illinc, circa caſtra, & inſtar duarum ulnarum ſuper faciebus terræ.

Ital. Deodat. Ed un vento ſi levò moſſo d' al ſignore, e traſporto d' elle quaglie di *verſo* l' mare, e le gittò in ſul campo, d' intorno ad una giornata di camino di qua, ed una giornata di camino di là, intorno al campo: e n' era l' altezza preſſo che di due cubiti *in ſu* la faccia della terra.

Hiſpan. Cypriani de Valera. Y ſalió un viento de Jehova, y truxo codornizes *de la* mar, y dexólas ſobre & real un dia de camino de la una parte, y otro dia de camino de la otra en derredor del campo, y caſi dos cobdos ſobre la haz de la tierra.

Gallic. Adonc iſſit un vent du Seigneur, enlevant des cailles *de la* mer, & les fit deſcendre *au* camp, le chemin d' une journée çà & lá à l' entour de l' oſt: & voloient *en l' air à la hauteur de deux coudées* ſur la terre.

Anglic. And there wenth forth a wind from the Lord, and brought quails *from* the ſea, and let them fall *by* the camp, as et were a dayes journey on this ſide, and as it were a dayes journey on the other ſide: round about the camp, and as it were two cubits high upon the face of the earth.

Island. Þa gieck ut vindr fra Drottni, oc liet vacktela koma *af* ſionum, oc dreifde theim *yfer* Herbudernar, umhuerfes, ſo wiidt ſem dagleid være, their *flugu tveggia ælna hætt* yfer jordunne.

Svet. Tå kom ett wäder uth ifrå Herranom/ och lät komma åkerhöns **ifrå** hafwet/ och förſtrödde them **öfwer** lägret/ **twå alnar högt up ifrå** jordene.

Dan. Da foer der it wær ud fra Herren, oc lod vacteler komme *fra* haffvit, oc ſtrödde dem *offver* leyren, her en dagreyſe langt, der en dagreyſe langt, trint omkring leyren, to alne *höyt offver* jorden.

Belg. Doe voer een windt uyt van den Heere, ende raepte quackelen *van* der zee: ende ſtroydeſe *by* het legher,

ontrent eene daghreyſe herwaert, ende ontrent ene dagreyſe derwaert, ront om het leger: ende waren ontrent *twee ellen boven* de aerde.

Germ. Da fuhr aus der Wind von dem Herrn / und ließ Wachteln kommen **vom** Meer / und streuet sie **über** das Lager / hie eine Tagreise lang / da eine Tagreise lang / umb das Lager her / zwo Ellen hoch **über** der Erden.

Finn. Niin tuli tuuli Herralda, ja andoi tulla peldocanat mereldæ, ja hajotti *ne* leiriin, tääldäpäin päiwäcunnan matcan pituudelle, ja ſieldäpäin päiwäcunnan matcan pituudelle leirin ymbärins, liki catha kynärätä *corckialle* maan päälle.

Lett. Tad zehlahs weens wehish no ta Kunga, un at wedde paipales *no* juhras, un kaiſija tahs *pahr* to lehgeri, ſcheit weenu deenas-gahjumu, un tur weenu deenas-gahjumu, wiſſapkahrt to lehgeri, un tahs tik ne bija diwi ohlektis *augſtuma pa* ſemmeswirſu.

Hieron. Ventus autem egrediens á Domino arreptas *trans* mare coturnices detulit, & dimiſit *in* caſtra itinere quantum uno die confici poteſt, ex omni parte caſtrorum, per circuitum, *volabantque in aëre* duobus cubitis altitudine ſuper terram.

Polon. A zátym wyszedl wiátr od Páná, á wyploſzywſzy *z* morzá przepiorki, przypedzil *do* namiotow, y roſpuſcil ták dáleko wszedy okolo obozu, jako ná ieden dzienchodu, á latá *ly nud ziemia jákoby* ná dwu lokiet.

Germ. Lyræ. Doch een wind uthgande van deme Heren (van ſiner macht uppewecket) was thonemende *aver* de mere (uth Arabien) de Raphonre brochte he dar, unn delede se *in* de telde auer deme weghe. alze me in eneme daghe auerghan mach van allenhaluen der telde umme langheer unn *vloghen in der lucht* twe elen hoch van der erden.

MSC. paraphr. Goth. quæ A:o Dn. M. D. XXVI. per monacham quandam monaſterii Nadindahl dicti, ex vetuſtis pergamenis deſcripta legitur, nobiſcum nuperrimè communicata benevolâ operâ honoratiſſimi collegæ noſtri, & qui ſumma cum laude in Lycæo hoc docet, Profeſſoris D. Laurentii Roberg:

Sidan kom wäder af hafwino / oc förde in a landit

swa

swa marga flygande fuglar / at the huldo ena dagzledh a landeno / oc flugo twegge alnar hőgt fran jordine.

§. X.

Singulas has, quas recensui, versiones inter se differre, adeoque diversimode textum sacrum reddere, nemini ne quidem subobscurum esse potest, qui vel leviter harum lingvarum notitia est imbutus. Neque procul mihi arcessendæ sunt rationes quibus inducor & τῶν LXX versionem, quæ vocabulum *Selav* per ortygometram transfert, & Josephi, Hieronymi ceterorumq;, qui coturnicem malunt, vel phasianum, & Ludolfi, qui discessu ab omnibus facto, adeoque novæ sententiæ auctor, Locustam substituit, salva cujuslibet auctoritate, deserere, aliamque textui & naturæ rei convenientiorem suppeditare. Est autem illa, ut *Selav* piscem denotet. Ne autem speciosa videatur magis hæc digressio quam vera & solida: neve alicui appareat distorta à textu sacro & aliena, ipsa vocabula Ebræa, cum lingva nostra Hyperborea, mihi hoc in negotio maximum præbitura præsidium, accuratè coincidere, ex allegata versione nostra ad oculum demonstrabo: Habet vero illa sese hunc in modum.

Vraek unþog me uth Jævæ / v kaz sualim min hajeim / v tosk al heimkyne hui dærk jum hie / v hui dærk jum hie / swiveth heimkyne / v hui amþim hal bani ha earþ.

Hanc quam à veteri hyperborea lingva collectam exhibemus versionem, clarissimis argumentis adserere & vindicare non gravabimur. Primum Num. XI. v. 31. vocabulum Ebræum est ורוח *& ventus*, ex particula copulativa ו & nomine רוח compositum. Quis non illico videt, Runicum nostrum ᚢ f. ᚢ ablato fulcro punctis hic notato, Ebræorum ו ab omni parte referre, quod ejusdem cum eorum ו atque Latinorum &, significationis est. in pronunciatione verò fere coincidit cum *o* vel ȣ græc. sive *v* vel å Svet. in quem finem conferatur pag. 134 Zamolx. Consultissimi nostri Prof. Caroli Lundii, ubi hæc comparent verba:

Når Tråttondags Ny i fylla fahr /
å Disa Ting i Upsalom står.

Nec infrequens est, apud Gothos, Anglo-Saxones, Germanos

nos &c. pro ug/ og/ und/ u & a ſcribi. Confirmat hoc eruditiſſimus Olaus Wormius qui in monumentis ſuis Danicis libro quarto p. 241. ita loquitur: Sun Dolffs han henti ſtin denſi *a* ſati eft fadur *a* modor tuona. hoc eſt: *Dolfi filius lapidem hunc aſportavit & poſuit patri ac matri ſuæ conjunctim.* Sic cum *u* pro *ug* Runis noſtris uſurpatum fuiſſe ſuſpicarer, idemque mihi propter paucitatem lapidum Runicorum jam editorum non liquido conſtaret, nobiliſſimum Dominum Peringſchöldium, ut in hanc rem diligentius inquireret, nuperrimè officioſè rogavi, qui pro illa, quâ eſt in his literis, notitiâ accuratâ & plane ſingulari, ad confirmandam meam ſententiam, plurimas à ſe obſervatas eſſe inſcriptiones runicas adfirmavit, quarum unam (quam memoriter mihi ſtatim recitavit) heic ſiſto: *Gud hialbi ſial hans v Guds mudir*, i. e. Deus ſervet animam ejus, & Dei mater. Quod Germani quoque pro *und v* ſcribere ſolent, fuſè teſtatur *Spaten* in Dictionario ſuo Germanico Teutſcher Sprach-Schatz dicto p. m. 2385. und conj. copulativa *&, ac, atque, etiam, junctim, una cum, nec non, itemq;*, etiam per ſigna u, u/ ſ/ w/ ſcribitur; quod in Bibl. Iſl. per *Z*, ſed in Franciſci Junii Ulfila Anglo-Saxonibus, locis ferme iñumeris per ו exprimitur. Quæ ſcriptio Ebræorum ו eſt maximè affinis. His reſpondent ו Chaldæor. Syror. Arab. Turcar. *va* Chinenſ. ſive Annamit. *ja* item & *jah*. Ulfil. *ja* & *æ* Iſland. *ja* Lapon. & Finnon. *y* Bohem. *j* & *y* Polon. Muſchovit. Hiſpanor. *i* Cyrillor. Croat. *ia* Malaic. *heu* Luſit. *e* Italor. *u* Carniolan. *que* Latin. &c. quò referri quodam̃odo poteſt & *ouy* Gallorum. Sed harum lingvarum omnium ulterior collatio, quam heic lucrandi temporis cauſa mitto, in iſto inſtituenda erit opere, quod hiſce lucubrationibus ex profeſſo deſtinavi.

רוח *ventus*, Raek, rok & Rakin Gudm. in Andr. Goth. explicatur per ventum fortem, qualis borealis eſt, quiq; nubes propellere & ſerenum ſolet inducere cœlum, roka ibid. procella, tempeſtas horrida. Uræka id. V. Lex. unde *orcan*, tempeſtas horrenda. A verbo raecha, ruka, raka, pellere, propellere, agitare, movere, trudere, quatere, & quidem vi atque impetu. Ol. S. c. 36. Unde rak præteritum Iſl. Bibl. propulit, efflavit:

ad ræk & ræka accedit quodammodo Germanorum Riechen Spat. efflare, exſpirare, emittere, diffundere.

נסע *profectus eſt.* unzog ſ. unþog Goth. & German. compoſitum ex *un* Goth. *no* Lett. dis, de, ex, e &c. & *sog* ſ. *zog* antiquis per þ ſcriptum, unde þ*og*, hodie þ*oga* ſ. *toga* proficiſci. *tog, ut-tog* iter, profectus, expeditio. *Zug, zuge* Germ. idem à præt. *zog*, inf. *ziegen* aliis *tiehen* & *ſiegen*. Spat.

מאת Interp. Gr. LXX. & Schmid. *a cum*, quam translationem ſi probaveris, affirmare quoque neceſſe eſt מאת Ebræorum idem eſſe atq; *meuth* contr. *meth* ſive *mith*. Ulfil. quaſi *mitaus* Germ. *mut* ſ. *mnuth* Finnon. ut Num. XII. 3. *Moſſo* Ital. *unà ex*, vel *ab, a, abs.* Aſt mihi potius videtur את hic eſſe particula demonſtrativa vel definitiva, certum & peculiare objectũ indigitans, adeoque hoc in loco ſummum univerſi moderatorem, ipſum JEHOVA reſpiciens. Quam explicationem non tantum vocabulum Ebraicum את ſæpius admittit, ſed etiam cum hoc plane coincidens eþ ſ. ed Islandorum, ut in Bibliis Isl. paſſim. h. e. ipſe, *ithe* Ulfil. *jetz* Lapon. *het* Belg. *hit* Gothis antiquis. τὸ Græc. *to* Lett. eandem confirmare videntur. Hinc dein efficitur מאת, מ ex מין contracto, vertendum eſſe ex ipſo, vel ab ipſo, vel hoc ipſo, illo ipſo.

יהוה JEHOVA. Omnes intelligunt *Jehova* eſſe nomen Dei proprium, adeoque nulli creaturæ, quæcunque demum illa fuerit, ne quidem Angelo, propter ſummam quam exprimit perfectionem, durationem videlicet æternam, adeoq; hanc excipientem abſolutam & omnimodam independentiam, tribuendum. Eruditi (Rabbinos, Theologos, Philoſophos, Criticos & Philologos ferme omnes deſigno) rem ſe confeciſſe exiſtimant, nominis hujus etymologiam ex reſponſo, quod Moſes Exod. III. 14. daret Iſraelitis, de nomine ejus qui ſe ad ipſos miſerat, indeq; auctoritatem legationi ſuæ conciliaret אהיה אשר אהיה, *ero qui ero*, deducentes, adeoque a radice היה *fuit.* Enimvero quid ſigillatim heic ſentiant Judæi, ordine recenſere lubet. Nimirum decem enumerant nomina Dei אלהי אלהים, אל, יהוה, שדי, יה, אדני, אהיה, עליון, צבאות. Hæc ad duas revocant claſſes, quarum prior quæ ab eſſentia deſumpta ſunt, continet, poſterior quæ ab effectis & attributis. Miſ-

ſis

ſis nunc reliquis, יהוה penitius in præſenti conſiderabimus: quippe quod ad propoſitum noſtrum maximè ſpectat. Huic, inter eſſentialia, quæ tria ſtatuunt, יה אהיה יהוה primum adſignant locum, utpote quod non ſine profundiſſiſſima animi reverentia cogitari debeat, ſummum illud tremendumque Nomen ab æterna ipſius & independenti denominans exiſtentia. Ad quam inſuper exprimendam varia ſortitur nomina. Dicitur enim primo שם העצם vel שם ההויה *nomen ſubſtantiæ vel eſſentiæ κατ' ἐξοχὴν*, ab היה vel הוה *eſſe, exiſtere*, deducto vocabulo, & adjecto *Jod formativo nominum propriorum*. Unde יהוה eſt ens exiſtens a ſe ipſo ab æterno in æternum, aliiſque omnibus *eſſe* largiens. Hinc R. Berachiel שם העצם vult expoſitum *per ipſam ſubſtantiam* Ita habent ſeſe verba ejus: *Vocarunt nomen Tetragrammaton* שם העצם h. e. שם שהוא עצם *Nomen quod eſt ipſa ſubſtantia.* Quo reſpectu minus ipſi probatur explicatio R. Moſis Maimonidis in lib. More, utpote explicationi ſapientum h. e. Rabbinorum ſeu adverſa, ſeu minus congrua, quâ שם העצם exponendum adſerit per שם המורה עצמותי h. e. *Nomen docens eſſentiam Dei.* Adhæc obſervari meretur, יהוה omnium trium temporum characteres & differentias exprimere, *Jod* videlicet ab initio, *Futurum*, *Vau* in medio, *Participium & tempus præſens*, *He*, in fine cum *Kametz* ſubſcripto, *Præteritum*, ut adeo non plane videatur a vero abeſſe Cabbaliſtarum ad Exod. c. 3. Exegeſis, quâ ſtatuitur Deum v. 14. & 15. nomina יהוה & אהיה uſurpaſſe & Moſi revelaſſe, quod ex illis componantur iſta tria, היה *Fui*, הוה *Sum*, & אהיה *Ero*. Neque injucundum erit videre quomodo τὸ אהיה EHIEH in Schemoth Rabba explicatum ſit per אני שהיתי ואני הוא אכשיו ואני הוא לעתיד לבוא. *Ego fui, & ego ſum nunc, & ego ſum venturus.* Cum hac paraphraſi conferri merentur egregia illa, quæ habet Edda Island. in Voluſpá, utpote quæ non multum diſcrepant. Recenſentur ibi *Parcæ* vitæ humanæ diſpenſatrices juxta locum Heſiodi in Theog. v. 217.

Καὶ μοίρας ϗ κῆρας ἐγείνατο νηλεοποίνους,
Κλωθώ τε, Λάχεσίν τε, ϗ Ἄτροπον· αἵτε βροτοῖσι
Γεινομένοισι διδοῦσιν ἔχειν ἀγαθόν τε κακόν τε.

Cla-

Et fatales Deas, & Parcas genuit immites,
Clothoque, Lachesinque & Atropon: quæ mortalibus
Nascentibus dant habendum bonumque malumque.

Verba Eddæ comparent in Voluspæ v. 20.

Thadan koma Meyar/ margs vitande/
Thriar ur theim sæ/ er und tholle stendur/
Urd hietu eina/ adra werdande/
Skaru å Skilde/ Skulld ena thridiu.

Quæ ex versione Olai Stephani sonant:

Inde emergunt virgines multisciæ,
Tres ex isto mari quod cauduci subest
Urd *unam nominarunt, aliam* Verdandi,
Inciderunt Skidiæ tertiam Skuld *dictam.*

Nomina harum Nympharum exponit Gudmund Andreæ Isl. in suis super versus Sibyllinos notis hoc modo: Urd *præterita*, Werdande *præsens*, Skulld *futura*.

Deinde vocatur שם המיוחד nomen proprium; quia soli Deo competit juxta illud Esaiæ 42. אני יהוה הוא שמי וכבודי לאחר לא אתן ותהלתי לפסילים Conf. Exod. VI. 3. וארא אל אברהם אל יצחק ואל יעקב באל שדי ושמי יהוה לא נודעתי להם. Proprietates insuper, quæ sunt nominum propriorum, quas quoque refert Jehova, demonstrant esse illud nomen proprium. Nam 1. non assumit ה הידיעה HE DEMONSTRATIVUM ab initio. 2. Non recipit affixa pronomina. 3. Non admittit formam constructam, & 4. non declinatur neque flectitur ex numero singulari in pluralem.

Tertio vocatur שם המפורש Schém Hammephórasch, secundum sententiam plerorumque, *Nomen explicatum & expositum*; quia eo divina essentia proprie exprimitur, & Deus Mosi, adeoque per eum Israelitis, eo suam essentiam expresserit; quamvis alii ament שם המפורש dici, quasi *nomen separatum & segregatum*, quod plane ab aliis Dei nominibus sit distinctum, solique Deo tanquam primæ causæ & Enti Entium proprium.

Quarto vocatur שם של ארבע אותיות seu שם בן ארבע אותיות *Nomen quatuor literarum* vel *Nomen filius quatuor literarum*: quia qua-

quatuor constat literis, diciturque eandem ob causam Græcis τετραγράμματον.

Hæc sunt majoris momenti, quæ de sanctissimo nomine *JEHOVA*, quod ad ipsam etymologiam adtinet, tradunt Judæi. Taceo illa, quibus honoris vel reverentiæ gratia idem exprimere solent, vocatur enim שם הנכבד והנורא *nomen gloriosum & terribile*. Deut. 28. v. 52. השם *Nomen illud*, per Synecdochen. Levit. XXVI. 11. cum in aliorum sententiis referendis mihi non liceat esse prolixo. Quamvis autem hæc Judæorum sententia satis bona est, & rationibus haut è trivio petitis suffulta; mihi tamen per omnia non sufficit. Namque היה literam mediam habet *Jod*. יהוה autem *Vau*. Porro in היה & הוה deficit *Jod* initiale, in quo quanta vis ac emphasis sit, ex sequentibus demonstrabitur. Ergo de literæ *jod* indole paucis disserendũ est. Id observo, quod *jod* principium & fundamentum sit totius Alphabeti tam Ebraici quam Runici. Ut enim Hebræi veram scribendi τῦ *Jod* rationem nescientes, commode & ornate nullam pingere & exarare possunt literam, ita idem quoque hac neglectâ in lingva nostra Runica obtinet. Nec dubito quin hæc plus involvat, quam vulgo putatur. Notari in primis poterit, Hyperboreis literam *I* sive *IS*, quæ teste Clariss. Verelio Runogr. Scand. c. 7. *omnium simplicissima est Runa*, fustem sive baculum cui innitimur, exprimere: nec dispar erit ratio, adplicatione ad alphabeti literas Runicas factâ; siquidem primæ huic Runæ cæteræ quasi innituntur, adeoque ab hac omnes ritè efformantur. Quod tam ab aliis quam à b. m. parente meo in Atlant. Tom. I. c. 38. prolixe ostensum est. Quam ob causam & hæc Runa medium inter omnes obtinuit locum. Huic ipsi *IS* exactè respondet Russorum *Ise*, Coptitarũ *jauda*, ut & Græcorum *jota*; quod enim μονὰς, ut rectè monet Kircherus de liter: & lingv. copt. c. 1. *inter numeros, id jota inter literas Ægyptiacas, e qua veluti omnium minima cæteræ omnes literæ componuntur.* Ex *jod* itaque juncto *æ* exsurgit Hebræum יה vel Goth. *Jæ* Deus ceu ipsa æternitas, ut JEHOVA sit idem ac JÆVÆ: i. e. ens summum atque optimum ab æterno in æternum, ita ut nanciscatur adauctam quandam & amplificatam significationem ex illo initiali *jod*, sicut stylum

 Go-

Gothorum eſſe mox exemplis monſtrabo. Sed antequam adduxerim exempla pro intenſivo *jod*, hac occaſione non injucundum fortaſſe erit, prius notare, quam amicè Gothi & hoc in negotio conſpirent cum Hebræis. Quemadmodum enim his *jod* eſt characteriſtica tertiæ *futuri*, ita ſimili fere vel eadem literâ *futurum* Gothis deſignari, certum eſt. Unde clariſſ. Verelius in Lexico ſuo Scandico, poſtquam *a* & *i*, quibus ex Runis Gothicis G. Andr. *æ* poſſum addere, inter ſe confundi ſolere, atque pro unis eisdemque accipi monſtravit his verbis: *a* particula uti/ uppå/ i/ paulo inferius hæc addit: a bemárker och/ thet bör/ ſkal/ i. e. *a* notat etiam, *debet*, *oportet*: ita ut involvat ſignificationem ejus quod futurum eſt vel fieri debet. Ut domar *a* dóma, *judicis eſt judicare* vel judex judicabit. Sic Joh. XIII. 6. En Petur ſægde til hans/ Herra/ *æ* tu at tuo mier fætur. *Et Petrus dixit ei, Domine, lavabis tu pedes meos.* *a*, *æ*, *i*, etiam in eo convenire obſervamus, quod ſingulæ vocabulo alicui præmiſſæ vim atq; ſignificationem ejusdem intendant augeantq;. e. gr. giæþur Ver. Lex. hodie nobis præſtans goder/ bonus, idem fere ac agiæþur, hodie igoder/ valde bonus. Unde & ἀγαθὸς Græcis idem. agiaþaſt Goth. optimus, præſtantiſſimus Hervar. Sag. c. & Isl. Bibl. paſſim. Bar/ magnus, clarus, manifeſtus, abar/ hodie vulgo obar, valde clarus, admodum magnus atque manifeſtus. Mycke/ multum, amycke & omycke vulgo, valde multum.

Nunc ad ea, quæ pollicebar, exempla, oſtenſura, quod initiâle *jod* nominibus ſive propriis ſive appellativis præpoſitum, vim eorum intendat, atque ſignificationem *ſuper*, *inſuper*, *veriſſime*, *quam maximè*, addat. Hugafuller/ Goth. curarum plenus, ihugafuller & åhugafuller/ Ver. Lex. in curis & ſollicitudinibus occupatiſſimus. Giold/ merces, pretium, igiold/ merces jure optimo merita. Stadi/ firmus, ſtabilis. Jſtadi/ immobilis, vel qui prorſus loco moveri nequit: unde iſtadi háſt, equus refractarius, qui nec verberibus, nec ſtimulis ac calcaribus admotis ad pedem proferendum cogi poteſt: ut aſinus Bileami. Eſto autem eadem ratio nominum apud Ebræos propriorum. e. gr. verbum שחק eſt *ridere* hinc ישחק notabit eum, cui nomen dedit matris ſibi blandientis riſus. Verbum עקב eſt

ſup-

supplantare, inde יעקב *strenuus supplantator.* היה vel הוה *fuit, exstitit*: inde adjecto *jod* יהוה verissime & independenter fuit sive exstitit. Observari præterea poterit *J, Je, Ye, Ja, Ju*, Gothis Germanis, Anglis, Finnis, Laponibus &c. esse particulam expletivam, adeoq; ad neminem majori jure adplicandam, quam ad Deum optimum maximum, qui omnia efficacissima sua præsentia implet ipse ab omni æternitate existens, idem in omnes æternitates futurus. Jerem. XXIII. 24. הלא את השמים ואת הארץ אני מלא נאם יהוה. *Nonne cœlos & terram ego impleo, dixit JEHOVA?* Ecquis enim alius, re sic intellectâ *jæ* seu *ja* vel *ve* dicetur? mehercule rem non incommode exprimere videntur receptæ in plerisque ecclesiis nostris laudandi Deum formulæ Hans namn ware áhra idäá: *Sit sanctificatum nomen ejus ab æterno in æternum.* Hinc *ævæ* Run: Goth. Isl. Bibl: &c. vel *eve* corrupte *efé* æternitas, sempiternitas. *Ever* Angl. semper æternum. *Aiv* Ulfil. id. unde du *aiva* in *aivin* ibid. Stiernh Glos. ab æterno in æternum. *Ewn* Ægypt. Kirker. de lingv. Ægypt. c. 4. p. 61. αἰών Gr. *ævum* Lat. *Jian* Finn. æternè, hinc *jian caickisus*, æternitas. *Ikææn* Lapon. unde *Ikææn aica* in æternum. ἀεὶ Gr. semper, ai Goth. id. Peringsk. in Vit. Theod. p. m. 356. han garfar Gud i ai ar. i. e. *effuse lætatur in Deo perpetuis annis.* *a, æ,* Ol. Worm. Lit. D. p. 146 æternum. *a* Anglos. Somn. Lexic. *semper, in ævum, in æternum, in perpetuum.* Quod bis positum intendit significationem, ut, aa sy godes nama ecelice gebletsod. *Collaudetur nomen Dei in æternum* vel *ab æterno in æternum.* it. *ece* Anglos. *æternus.* *Yeu* Chin. Annam. *æternum, semper, sine intermissione.* *ai* Ægypt. *omni tempore* Kirker. l. cit. p. 317. *Jo* Teuton. *semper.* Just. Lips. Epist. Select. p. 707. *æve* & *æva* Goth. continuare, perpetuare, perennare, perpetuus esse, vel sine initio & fine esse. Hinc *Jov, Jovr,* & *Jofr* Poëtis nostris antiquissimis *Deus, Rex,* ἰήιος Gr. Apollo, יה Hebr. Unde Jåper Dalec. *Salvator, Redemtor, Jesus* s. ישו. ut, diö i dag ir idá Jåpern frippad/ so ir Christus árrn i stadin Davida. Luc. II. 11. *Natus est vobis hodie SERVATOR, qui est Dominus Christus in civitate David.* *JUBA, Mauris volentibus, Deus est;* Minut. Felix. *Wow* German. Elias Sched. de Diis German. c. VII. *Jupiter* Lat. ζεῦ πάτερ Homer. Lib. III. I-

 liad.

liad. Num vero a *Jovis pater*, ut volunt nonnulli vel à ἰαῦπατερ sive ἰαώπατερ i. e. יהפטר de quibus conf. Seld. Synt. II. c. I. vel denique ab antiquo Gothico *Jupater* h. e. *ſupremus, ſummus, altiſſimus*, videant alii. Interim hanc poſtremam etymologiam exemplo uno alterove ex Ulfila ut Matth. XXVII. v. 51. firmare lubet. Jah than faurhah alhs diſkritnoda in tua. Jupathro und dalath. *Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes, a SUMMO usque deorſum.* It. Joh. VIII. 23. Ja qnath du im Jaiſus: Jus us thaim dalathro ſijuth. Jth ik us thaim Jupathro im. *Et dicebat eis Jeſus: Vos deorſum eſtis, ego de SUPERNIS ſum.*

Undenam quoque *JUPITER ZABAZIUS*, inquit Seldenus de Diis Syriis c. 3. *nonne a JEHOVA ZEBAOTH?* Ja, itē Jo Goth: antiquis & Germanis nec non Britannis, Deus. unde *Jon* M. Zver. Buxhorn. orig. Gall. p. 40. *Dominus, Jehova. Hou.* Arab. hodiernis nomen Dei, teſte Chardin Itin. p. m. 330. Ἰάζ quoq; & ιαὼθ in carminibus magicis quæ ad podagram ſanandam recenſet Trallianus Medicus, haud aliam, quam à *Tetragrammato* trahere originem putat Seldenus l. c. à quo non abhorret & *Uhæva* Gothorum in Magia ſive incantationibus magicis olim exclamatum. videſis cl. Verel. Lex. *Sic Judæi mentiuntur Chriſtum edidiſſe miracula* על שם המפורש *per nomen expreſſum:* quod dixerat *Jehova* ſuper ægrotos, qui ſanati fuerunt. vid. Schindler. *Juh*-mele Lapon. *Ju*-mala Finnon. quaſi יה מלך Deus Rex, vel æternus Rex. Neque ab his aliena ſunt quæ differit venerabilis noſtræ Academiæ Senior Dn. *Carolus Lundius:* cujus indefeſſa & ſolida opera in illuſtranda antiqua literatura, & legibus interpretandis ſingularis dexteritas & prudentia vix deprædicari poteſt. Differit autem in Zamolxi ſuo ad hunc modum p. m. 33. *Ævum Lat. ab Æve eſt Gothorum, nec plane diſſimilia* ἀιὼν *Græcorum &* avan *Arabum.* Neque nobis adverſantur quæ de vera vocis יהוה lectione & pronunciatione ibidem p. 141. *Legitur autem hoc nomen Dei modis apud ſcriptores diverſis. Neque vero* Ἰαὼ *tantum reperitur &* Ἰευὼ *ſed* Ἰαοὺ *quoque,* Ἰάβε *atque* Ἰάβαι. *Sunt etiam qui JAHVO ſcribendum exiſtimarunt: Sunt item qui JEVEN. ſunt adeo, qui JEHEVE & JEHVE rectius omnino legendum contenderint. Neque item non ſunt, qui JEHOVAH*

coteris

cæteris omnibus prætulerunt. &c. Quid quod antiquiſſimis Hyperboreis noſtris dictus ſit Deus ſummus *HAVI* Edd. Odin. nom. item Þry/ Þry-her/ Þrydie/ Þry-rudur/ Þrivaldr. Edd. h. e. *trinus, trinunus, Deus trinus, Dominus trinus.* De quibus plura alias. Subit modo vel ex adductis exemplis admirari, tot olim exſtitiſſe & etiamnum ſupereſſe haud ſpernendas veræ religionis reliquias, ceu luculenta ultimæ antiquitatis teſtimonia, Hyperboreis noſtris etiam agnitum & ſimulacris expreſſum fuiſſe ſublime Trinitatis myſterium, & trium in Deitate nominum qualemcunque notitiam majores noſtros habuiſſe.

In tantæ rei monumentum haud levia nobis veſtigia clariſſimus J. C. Joachimus Hopperus in Themide ſua Hyperborea, annis ab hinc fere centum & viginti exhibuit, antiquiſſimæ illius, quam deprehenderat Hyperboreæ tabulæ explicationem nobis traditurus, dicendo: *A quibus quidem cum ad Reginas ipſas ſive Deas aſcenditur; ad ea ſecundo loco pervenitur, quæ* Haitha, Sinna *&* Gaſta, *in Deo vel Hyperboreis noſtris vocantur. Quas quidem tres numero inter ſe diverſas, ita ut una non ſit alia (nam non ſolum affirmationes eorum quæ ſunt, addendo, ſed & negationes eorum quæ non ſunt; & inter duo, quæ ſunt, verſantur, demendo, in divinis inſunt) quarto loco* Gottha, *quæ ſumma eſt, una ſubſtantia ſive natura comprehendens, in unum omnes redigit, & ex ſolo* trinum unum *efficit.* Meretur integer tractatus legi, & genuina prorſus de unitate & trinitate paſſim occurrunt. Ego vero in primis miror, in loco citato integra nomina trium perſonarum tribus invariatis Gothicis vocibus efferri. *Haitha, Sinna, Gaſta,* hodie Fadren/ Sonen/ Anden/ i. e. *Pater, Filius & Spiritus.* Et inſuper *Gottha*, unius eſſentiæ nomen, hodie Gudom/ *Divinitas.* à quo non valde abludit חדד, aliis חדא vide Seldenum de Diis Syriis Synt. I. cap. 6. Sic & *Chuda* Perſ. *Deus.* Quamvis non Theologiæ modo purioris, in ſeptentrionali veteri gente, Hopperus citatus haud pauca documenta obſervet, id quod præcipue nobis gratulamur; Sed Philoſophiæ quoque ſanioris, quidquid apud ceteros populos traditum fuerit, ab Arctois noſtris acceptum derivatumque, ut alios taceam, idem auctor ſit: *Hæc*

enim

enim *tabula*, inquit, *à veteribus Hyperboreis majoribus nostris, à quibus quidqnid apud Europaeos, Asiaticos, Ægyptios philosophiæ unquam fuit, manavit, descripta jam multis ante seculis.*

Quid vero seu probabilitatis, seu certitudinis, vel nostræ superius allatæ conjecturæ vel Hopperinæ auctoritati deferendum sit, ipse non dico, dicant illi qui & hanc etymologiæ rationem, & illam auctoris fidem curatius mecum expendere non gravabuntur. Interim consideratu dignum est, anne in illo citra dubium antiquissimo veteris Upsalæ templo majores nostri sub gentilismo in tribus coronatis simulacris, Thor/ Oden & Frey/ τρισάγιον Numen sibi colendum & adorandum proposuerint. Cum quibus facere Indos occidentales, populos, si qui unquam vastos, agrestes, barbaros, ac omni & morum & literarum cultu destitutos, *imaginem tria capita coronata habentem venerantes*, docet Acosta de Ind. l. 1. c. 23. & 24. *Nec desunt argumenta*, ut verbis eruditi El. Schedii de Diis German cap. XII. utar, *ex quibus probari posse videtur, gentilium aliquibus aliquid de sancta Trinitate innotuisse.*

Πάντι γὰρ ἐν κόσμῳ λάμπει Τριάς, ἧς μονὰς ἄρχει.

i. e. Toto enim in mundo lucet Trinitas, cujus unitas initium est. Orac. Zoroastr. I. v. 5.

Et sic unicum Deum THAU Celtæ prisci colebant, & tres PERSONAS S. S. Trinitatis, HESUM Deum Patrem, BELENUM Deum Filium, & THARANUM Deum Spiritum Sanctum in uno *THAU*, i. e. *DEO venerabantur.* ut idem Schedius l. c.

Quotus autem quisque non videt illam gentium diversissimarum, de numine triplici consensum ex aliquo fundamento occasionem sumsisse.

Porro ne levem ob causam sanctissimi nominis יהוה etymologiam, quam Rabbini exhibent, eorumque vestigiis insistentes Critici & Philologi, tam antiquiores, quam recentiores fere omnes, deserere videar, rationibus, quas superius attuli, sequentes adjungendas duxi. Petuntur illæ ex vera & maxime genuina verbi hujus, quod radicis loco constituunt, notione & significatione. Etenim היה seu הוה, quorum posterius Hebræis inusitatum, Chaldæis autem adhibitum cernitur, denotat

denotat *fuit, factus, ortus, natus est.* Mehercule angustior est & strictior hujus verbi significatio, quam ut ex eo summi tremendique Numinis, sanctissimum nomen deductum intelligi possit. Saltem quod ad me adtinet, id suspicari liceat; inprimis cum videam antiquis Gothis superesse vocem existendi modum eminentiorem, multis & infinitis planè parasangis exsuperantem; imo æternitates ipsas præcise exprimentem. Quod quin ambabus, ut dicitur quis amplexari possit ulnis, eò minus dubito, quò certius unicuique constare debeat, *enti summo & simplicissimo,* eidemque rerum omnium auctori, primæque origini, non nisi impropriè & ἀκύρως admodum tribuenda esse ejusmodi prædicata, quæ prioritatem aliquam, temporisve successionem innuunt. Idem dicere liceat de vocabulo Hebræorum & Chaldæorum הוה *fuit, factus, ortus, natus est,* coincidente plane cum Gothico *hua,* aliis. *wa* & *waa* Bazii Hist. Eccl. p. 22. *va* & *var* hodie id. ἔω, ἦν Gr. *warth* Ulfil. Luc. XVII. 26. war Germ. *fuit* Lat. ward/ Germ. item contigit, factum est; was Teuton. Quod autem nostrum *hua* sive *va* & *var* idem sit cum Chaldæorum hocce הוה satis patere credo tam ex affinitate soni atque significationis, quam ex nomine inde derivato הוה, id est *accidens, eventus,* sed semper *durus* & *malus, calamitas, ærumna, pernicies, interitus, noxa, damnum, malum.* Cui è diametro iterum respondet Laponum *have* Eccles. X. 9. Gothicum *hua, huo,* s. *au, ve, va, vo,* id. unde *vo, va, ve, våda* Ver. Lex. malum insperatum. Þad er wa litl cod. Orm. parum adfert damni. *Vo* (sic & *ve, vejovis, vegrandis, vesanus*) particula, *fortuitum, vanum quid ac fatuum, ut & metuendum notans.* G. Andr. Run. Goth. Þeim bra wo fer grón. *panico terrore, visâ belluâ, percussi sunt.* wo *veifis inopinato, insperato, ex improviso.* wo *item damnosum quid significat* G. A. l. c. Unde *vo, væ,* Goth. οὐαί Gr. *miseria.* à *va* deniq; vel *vo* est vadhe/ vode/ våda id. ut ab Hebræorum vel Chaldæorum הוה est הות vel הוות. Psal. XXXVIII. 3. & LII. 4. &c.

Ex allatis clare perspicitur, præterquam quod res ipsa loquatur, incongruum admodum fore, nomen essentiale Dei optimi maximi, cujus existendi modus infinitus est; adeoque

captui

captui mortalium incomprehensibilis, deducere à verbo radicali finitum quid denotante, atque initium seu originem sui præsupponente. Quod enim fit, oritur, vel nascitur, nisi ad secundam personam, quæ habet Deitatem genitam applicetur, non potest esse ab æterno, tantoque minus tribui ipsi æternitati vel enti omnium summo, quantò certius est, hoc ipsum creaturis ejus competere. Quidquid sit, concessissem forte Hebræis suam vocis hujus originationem, si ipsis active significasset prout nostrum *ava*, *hava* & *hæva*, *auctorem esse*, *ortum dare alicui rei*, *deducere*, *inchoare* &c. Sed cum deprehendam, non nisi neutraliter aut passive notare, hinc mihi tenacius hæret scrupulus. Superest itaq; ut verbum radicale esse debeat tale, quod omnium sit primum atq; simplicissimum, quale Chinense ŏ, *est*, *adest*, & nostrum antiquum *a* vel *æ* i. e. interpr. Stiernhielmio, Verelio, Gudmundo Andreæ &c. *est*, *primus est*, *subsistit*, & quidem *de se ipso*; *aliusque potestati non subjectus*. *auctor est & causa*. unde & idem per *possidet*, *habet*, *valet*, *prævalet*, *præstat*, *implet*, item *super*, *supremum* &c. explicari solet. e. gr. *a primæ personæ & tertiæ*. Jag eller han äger, *possideo*; *possidet*. *æ possideo*, G. Andr. *a* Stiernh. Gloss. *primus*. *a* Chinensibus Annamitis *primus*, *maximus*. *e* iisdem, *cui finis non est*. *a* Germanis idem, ut, Meiner Freunde a. Spaten: *amicorum meorum summus*, *primicerius*, *antesignanus*. *α Græcis numero declarando adhibetur*, & *primum significat* H. Stephan. Thesaur. Gr. L. א Hebræis, Chaldæis, Syris, Arabibus, Persis, Turcis, Græcis, Russis &c. *Extra dictiones est nota unitatis*, Meninsk. Thes. Ab hoc itaq; primitivo atque simplicissimo nostro verbo *a* descendit *aa* vel *ææ* duplicatum emphaseos ergo, ejusdem tamen significationis, intentioris licet, ut det aa hand, Norveg. idem ac det vuldte hand / eller oc/ hand var der udi aarsage. Christen Ostersson Weylle in Glossario Juridico Danic. Norvegico p. m. 1. inde eodem teste, pag. 485. *aae*, *owe*, *offve* & *eye*, *possidere*, *genuinus possessor atque dominus esse*. Eadem quoque ratione Svedis ab *a*, i. e. primus, summus, æternus dicitur *aa*, *ææ* it. ååå, *eve*, *ævæ atque jævæ* i. e. *sempiternus*, vel *quam maximè æternus*. Unde & verbum *ævæ*, *eve*, *aiva*, *omnino durare*, *perennare*, *æternus esse*. *aiv* & *aiva* Ulfil.

Luc.

Luc I. 33. & Matth. IX. 33. *æternitas, sempiternitas.* du aiva in aivin *ab æterno in æternum*, Stiernhielm. Gloff. sua sve rodida du attam unsaraim/ Abrahama jah fraiv is und *aiv*, Ulfil. Luc. I. 55. *Sicut locutus est ad patres nostros Abraham & semini ejus in secula.* Hinc notanter admodum in Græcis quibusdam Bibliis duo characteres Samaritani ⲉⲉ h. e. אא figurâ a Græcorū π non valde abludentes, pro יהוה olim expressi observantur. Quod non intelligentes duo π π ibi collocari putabant, & *pipi* legebant. conf. Hieronymus in prolog. galeato & Epistol. 136. item Schindlerus in voce יהוה.& M.Zver. Boxh. or.Gall. c. 7. &c.

Sed ut rem altius paulo repetamus, lectu dignissima sunt, quæ habentur in *Voluspæ*, de prima rerum creatione, Stroph. 3. scilicet ar (h. e. a) var alda/ da ecki var. i. e. ens summum & primum erat, cum nihil adhuc esset creatum vel productum. Verba cedro utique & marmore digna! quæque non parum lucis fœnerantur à Mythologia Eddæ tertia sic se habente: Så er ellstur er allra Guda hier **Alfader** / enn i Asgarde / hinum forna atte han tólff nöffn -- liffer sa Gud umm Allder / oc stiórnar óllu rijke sijnu/ oc rádur óllum hlutum stórum oc smám. Hann smydade himen og jórd/ loffted og alla eign theira/ og hitt thad mest er/ han giórde mannen / oc gaf hónum ónd/ thå er liffa skillde og alldrej tynast/ thótt lykame fune til molldar eda brenne til óssku / og skulu aller menn liffa/ their riet eru sidader/ og vera med honum siálfum / thar sem heiter **Gimle** edur Wyngólff / enn wonder mann fara til Heliar/ og thadan i Niflheim/ thad er nidur i than nyunda heim. **En ádur en himen og jórd var giór/ tha var han med hrymthussum.** i. e. *Antiquissimus omnium Deorum* Alfader (omnium Pater) *appellatur: sed in Asgardo veteri duodecim obtinuit nomina -- Hic Deus per secula vivit & regnum suum gubernat, omnia regens magna & minima, summa & ima. Is cœlum, terram & aërem condidit, omnemque eorum possessionem, & quod maximum est, hominem fecit, cui animam tribuit semper victuram, nunquam interituram, etsi corpus putrescens in pulverem terræ, aut per ignem in cinerem redigatur; viventque omnes homines bene morati, & erunt cum ipso in loco, qui* Gimle *sive* Vingulff *dicitur; sed mali ad* Helam (*Deam inferni*) *abibunt, & inde in* Niflheimum (*in*

 mun-

mundum nonum). *Sed priusquam cœlum & terra extarent, hic erat cum Hrymthuſſis.* Hinc & *a*, *ar*, *air*, Stiernhielm. Verel. G. Andr. Edd. &c. *mane*, *diluculum*, *principium dierum*, vel primum quod unquā fuit temporis momentum. Et unde quæſo Deus Hyperboreis noſtris *AS* dictus? niſi ab *a* h. e. *primo*, *ſummo*. quam ob cauſam & *a* ceu prima litera alphabeti Ruſſici *as* hodienum audit, teſte nobiliſſ. Mich. Wexionio Gyldenſtolpe in Epit. deſcript. Sveciæ &c. Lib. III. c. II. de Ruthenica lingva. Henr. Wilh. Ludolf. in Gramm. Ruſſic. c. I. & Stiernh. in gloſſ. Ulf. Ex quibus omnibus ſatis ſuperque patere credo *I*, quod Gothis in *A*, *æ*, *y* & *u*, Anglisq́, in *ai* abire ſolet, eſſe primum fundamentum nominis illius auguſtiſſimi יהוה, quodque olim per unum י ſcriptum fuiſſe videtur, cum hæc litera, teſte Platone in Cratylo ad res ſubtiles atque penetrantes exprimendas valde apta ſit. τῷ δ' αὖ ἰ, πρὸς τὰ λεπτὰ πάντα, ἃ δὴ μάλιστα, διὰ πάντων ἴοι ἄν, διὰ ταῦτα τὸ ἰέναι καὶ τὸ ἵεσθαι διὰ τοῦ ἰ ἀπομιμεῖται· *Litera autem I ad res ſubtiles exprimendas: quaſi* ἰέναι, ἵεσθαι, *vocabulorum commonſtret naturam atque imitetur.* Deinde per יה Hebr. vel *ve*, *ia* & *jou* Goth. *jau* Britan. tandemq; יהוה h. e. ipſiſſimum noſtrum *Jævæ*. Unde & Chaldæis atq; Rabbinis י bis terve repetitum legimus hoc modo יי, vel ייי, vel י,י ad exprimendum ſine dubio ens illud trinunum ſummum atque æternum.

Præter allatas rationes ſunt & aliæ, ob quas etymon היה vel הוה (unde יהוה) *fuit*, *ortus*, *natus eſt*, vel ut illi interpretantur *fuit*, *eſt* & *erit*, nobis non omnino arrideat, easque ex Platone didicimus. Placet autem heic non noſtris uti ſed ejus verbis ex Timæo p. m. 37. Ταῦτα δὲ πάντα μέρη χρόνου, καὶ τό τ' ἦν, τό τ' ἔσται, χρόνου γεγονότα εἴδη, φέροντες λανθάνομεν ἐπὶ τὴν ἀΐδιον οὐσίαν οὐκ ὀρθῶς. λέγομεν γὰρ δὴ ὡς ἦν, ἔστι τε, καὶ ἔσται· τῇ δὲ τὸ ἔστι μόνον κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον προσήκει· i. e. *Quæ quidem temporis partes ſunt: nos vero illas temporis diſtinctiones, ERAT nimirum & ERIT æternæ eſſentiæ non recte attribuimus. Dicimus enim ERAT, EST, & ERIT. Et revera illi æternitati EST propriè tantum quadrat.* Ratio, quia τὸ δὲ ἦν, τό, τ' ἔσται περὶ τὴν ἐν χρόνῳ γένεσιν ἰοῦσαν πρέπει λέγεσθαι. *ERAT & ERIT, temporis illius, quod naſcitur, articulis convenit.* Hincque τὸ εἶ tantum, ceu Deo proprium, templi Delphici foribus inſcriptum legimus apud Plutarchum. Nos autem

Mor-

Mortales

Nec quod fuimusque ſumusque,
Cras erimus. Ovid. Metam.

Homines enim, ut idem Plato in Timæo, ἔστιν ὄντως οὐδέποτε ὄντες, *revera eſſe non habent:* cum qui heri fuere, hodie ceſſent. Cujus ſententiæ nos non tantum album adjicimus calculum; ſed etiam in tantum extollimus, ut de divina eſſentia à gentili Philoſopho nihil unquam dignius dictum eſſe cenſeri debeat. Atque hiſce ſubſiſteremus, niſi in hanc rem quædam memoranda traderet Stephanus Morinus in exercitationibus de lingva primæva part. III. cap. 1. ubi oſtenſa primum præſtantia & dignitate vocalium, Philoſophos obſervaſſe affirmat, *non ſine mirabili Dei providentiæ opera contigiſſe, ut præſtantiſſimum Dei nomen ſolis conſtaret vocalibus, quæ SPIRITUS meri ſunt. Et ex ipſis animæ* (forte pectoris) *penetralibus immediate erumpunt, atque propterea aptiſſimi ad eſſentiam* (ab) *omni materiæ contagione puriſſimam deſignandam.* Accedunt & Rabbinorum aliqui, ut idem notat, ex quibus imprimis ipſi nominatur R. Moſes Kimchi & R. Elias. Quorum poſterior in commentario ſuo adducit, quod שקולים הם כנגד כל האותיות *pertingunt ad omnium ſimul literarum æquipondium: nempe* י decem, ו ſex, ה quinque & א unum, & *ſimul* viginti duo. *ut pateat omnium vim has continere & eſſe cæterarum animas;* Prior vero in Mahala Scebile Dagnath Libr. I. part. 3. ſect. 1. teſtatur literas אהוי eſſe אותיות הנשמה *literas ſpiritus.* Quo circa & conferri meretur Aben Eſra ad Exod. III. v. 15. it. Lutherus, Amama. &c.

Interim aliis non ſufficit, quatuor vocalibus conſtare nomen JEHOVA; ſed quod omnes in eo concurrere vocales autument, adeo ut hoc nomen reſpondeat ſeptem Græcorum vocalibus, eamque ob cauſam in ſolemni benedictione, à ſummo pontifice cum vario modulamine olim eſſe prolatum ποωυηα, ut nativa ejus pronunciatio à nemine poſſet diſtincte obſervari: hincque Euſebius præpar. Evangel. l. 9. c. 6.

Ἑπτά με φωνήεντα μέγαν ἄφθιτον αἰνεῖ
Γράμματα τῶν πάντων ἀκαμάτων πατέρα

Septem vocales me magnum ac indefeſſum omnium creaturarum patrem celebrant.

 Verum

Verum enimvero antiquitatum nostrarum gnarus hæc non facilè probabit, ex quibus ratio hujus etymologiæ omninò petenda est. Etenim ex iis patet augustissimum Dei nomen quatuor tantummodo constare literis seu vocalibus: utpote JAVO sive JOVA, ut Castalioni faveam, sive ad veterum scribendi modum IHNI quod tamen ultimò, quomodocunque explicueris, reducitur ad ea, quæ superius dicta sunt *JÆVÆ* sive *ιαυω*, i. e. Deus æternus, vel secundum Esai. XLIV. *6. primus & novissimus.* Quid si & illud addamus, quod vocales literæ, quæ JEHOVA sive JOVA constituunt, solæ per se & subsistunt & sonant, nec societate aliarum ad sonum syllabamve componendam egeant. Quin & quod tres vocales JAO vinculo quasi uno V conjunguntur. Adeò pie meditari liceat, quam conveniens ac proprium nomen sit soli per se subsistenti ac independenti Deo, in quo Pater, Filius & Spiritus Sanctus, illi tres ineffabili illo essentiæ nec non mutui reciprocique amoris mysterio unum sunt: nam ὁ θεὸς ἀγάπη ἐστιν. I. Ep. Joh. IV. 8.

ויגז *& abripuit*, Hieron. Tremell. Ariemont. *transire fecit*, Interpr. Græc. LXX. *volare fecit*, Chald. *transtulit* Arab. Samarit. &c. à radice גז *celeriter*, quod secundum Lexicographos notat *vulsit, avulsit, totondit, abscidit, extraxit:* a quo verbo גז non abludit Gothicum *kuiz*, *kuiza* sive *kuist*, *kuista*. Run. Goth. p. 157. vellere, averruncare. Num vero allatæ significationes huic actui satis quadrent, judicent alii: propius accedere videtur גוז Hebr. Chald. Syr. גאז Arab. *transiit, trajecit, penetravit: & active transtulit, traduxit*, & quidem cum velocitate atq; impetu, quod est iterum ipsissimum nostrum kuista, unde adhuc dici solet, han kuista sin wäg, de eo qui quam *celerrime abiit*, sive *avolavit*. Sic kuista hej med en, *vi aliquem expellere, ejicere, fugare*, quod antiquis Gothis in præterito *gaus*, infinit. *geysa*. *Kazi* sive *Katzi* Lapon. *Kaisiia* Lett. *Kiusan* id. Ulfil. unde Skyen geysa / Run. Goth. *nubes pervolant*. geys/ gas/ kes, cursus vehemens vel celerrimus. geysa O. S. *concitari*, geysir, *concitatus*, geysa item Gretl. c. I. proruere, vel proruere facere, atque concitare; *Gaza* & *kesa* Svet. idem ac *gavazare* Ital. *gestire* Latin. Hinc geysist ad hoi allur Landsmugur, *ruebat illuc omnis populus.* Usur-

patur

patur autem imprimis hoc ipsum verbum *geysa*, de magna turba atque multitudine, ut & de multis aquis, e. gr. in Hist. Olavi c. 152. geysast vatn ad þeim, obruuntur aquis, vel prorunt in ipsos aquæ. unde & *geysi* multum, valde, ut, geysi morg nafn Edd. *valde multa nomina*. geisi mikid Run. Goth. *valde multum*, geysalega *admodum, vehementer, rapide*, it. *celeriter*, Ol. Worm. Lex. Run. *geystur*, celer. *Geysa* ibid. grassari, *geysan* grassatio. Unde geysar eimi vid alda næra, *Volusp.* grassatur ignis per seculorum marginem; ut taceam *kaz*, quod exclamare solemus, dum felem à ciborum, accipitrem à gallinarum vel columbarum raptu absterrere volumus. *Kasa* Peringsk. Vit. Theod. p. 392. idem cum Köra kas med en, persequi, in fugam agere. Cui *cacciare* Ital. idem. ἑκὰς Gr. procul, eminus. Sit ergo ויגז שלוים *& proruere fecit magno impetu & copia selavas*: unde & aves pisces venantes atq; perterrentes Kius & gys Goth. gus Germ. appellantur, ut ael-gys Svet. ael-gus German. inferioribus *corvus marinus*. Gesner. H. Animal. Lib. III. p. m. 136. *Fisk-kius*, aquila marina. Hinc & Delphinus, pisces volucres, sive selavas potissimum persequens, atque panico quasi percellens terrore *cacciatore di mare* Italis dictus est. i. e. venator maris, conf. Christ. Fürers von Haimendorff Reiseb. in das gelobte Land p. m. 149. Nec silere hic debeo, quod & *Kös* Run. Goth. sit acervus piscium, & *Kösa* pisces in acervum conjicere. *Gys* item congregandi atque convocandi formula plebejis nostris & hoc ipso die satis familiaris, unde *gys*, *gys* clamare solet subulca, aut ad haram sues dispersas collectura, aut ad esculenta allectura. Qui vero גז per eruere, extrahere, malunt interpretari, iis sese offerunt κάζω, Græc. *Kæsæm* Laponum, i. e. eruo, quibus *Kæsi*, eruit, extraxit, unde Psalm. VIII. v. 17. Man Lap. Joh. Torn. Ja (Herra) *Kæsi* munn ulkos stuora jiazest i. e. & (Dominus *extraxit* me de multis aquis. Ne vero quis putet etymologicam hujus vocis ex tot auctoribus ac exemplis repræsentatam harmoniam, nostrâ duntaxat conjecturâ niti, aut vocibus nonnullis, sono & significatione per merum casum & fortuitam impositionem congruentibus inaniter delectari, haud gravabor, ex Arabica insuper lingva (possem & ex aliis, si opus esset) demonstrare singulorum vocabulorum,

ex

ex eodem themate provenientium omnimodum consensum cum Gothicis, qvoad significandi virtutem & potestatem. Nam גאז Arab. est quoque trajectus vel transitus celer, gås Goth. idem. unde slötsgås vulgò trajectus lapidis magnâ vi per lineam rectam emissi, & superficiem aquæ subsultim primo stringentis, donec itinere fessus in placida superficie ludens ad postremum mergatur. *Gys* Run. Goth. p. 100 aquæ jactus, unda, effusio, *gaus* ibid. p. 90. effudit ventum & aquam, *Jus* idem Bibl. Isl. passim. גאוז Arab. porta, porticus, *Kuist* Goth. & farstu-*kuist* idem. ξυςός Græc. xystus & xystum Latinis. Sed de his satis.

שלוים *Salvim, Selavim* vel *Schualm* Svet. & Germ. sing. שלו, *Selav*. Hoc vocabulum eruditis multũ facessisse negotii constat. Verterunt quidem communiter per *coturnicem*, vulgò åkerhöns/ nobis verò & Germanis Wachtel; Sed ad mentẽ Lyræ *Raphone* i. e. *Perdix*, ad aliorum *Phasianus*. Magnus vero Ludolfus idem per *Locustam* reddidit. Sed accipe causam: scil. conveniunt in eo omnes, hoc vocabulum in eorum esse numero, quorum genuina potestas & significatio amissa est in captivitate Babylonica. Hinc sequi à posteriori, i. e. á natura rei hoc esse explicandum, cum à priori dictam ob causam id fieri nequeat. Itaque gratias mihi deberi existimo, qui à priori procedendo, veram τȣ̃ *Selav* notionem tot retro seculis occultatam, oppressam & planè deperditam restituere adgredior. Quæ res etsi magni sit ausus, audere tamen in tanta argumentorum suppellectili & locupletissimo rationum apparatu ac præsidio, non tam esse præfidentis arbitror quam solertis indagatoris. Indicem ex Gothica lingva & aliis bene longum adferam vocabulorum τῶ *Selav* adfinium, unde proclive fuerit conjicere, quid hoc inprimis significare debeat.

Goth. Slov est piscis minutus viliorque, atque in genere notat pisces minores gregatim & magna multitudine confluentes, unde & Slou, Slo, Sluder, Canaille Gall. vulgus turba, infima plebs.

Slour, Slor, Run. Goth. piscium sordes.

Suolet, Finn. Er. Schrod. Lex. Lat. Scond. idem.

Sloug

Sloug, Slog Run. Goth: piſcium exenteratorũ viſcera & inteſtina.
Suil, ibid. idem.
Slæja & Slægia, piſces exenterare.
Sil, Sile, halex, unde Silu-fiske. Ver. Lex. piſcatio halecum.
Sohla Eſthon. Gõſek. manud. harengus, Sliedz Polon.
Silli Finn. E. Schrod. Lex. Lat. Scond idem.
Sil-vær, litora ad quæ capiuntur haleces. Ver. Lex.
Sel, hodie Siæl Gothis, foca. Seol Anglo-Sax. idem.
Sylinge Run. Goth. Fluta, gobius fluviatilis.
Squilla Lat.
Squille vel Schille Ital.
Squille Gall.
Scylla, piſcis Paul. Jov. libr. I. p. 121.
Schil Germ. Geſn de piſc. part. IV. p. m. 316. lucio-perca.
Salút Helvet. & Sabaud. Geſn. nomencl.
Silurus? Latin.
Schalfiſch aus den Fluß Nilo, ibid.
Sole Gall. Geſn. nomencl. p 101. piſcis, perdix marina dictus.
Salvo-brækur, aliis Salvoda-brækur, Goth. natatorum veſtimenta, Gretl. c. 36.
Skola Run. Goth. aqua abluere, lavare.
Skole, Skol, eluvium.
Skela vel Skella, aquas palmis vel remis diverberare.
Skella, flabrum, flabellum.
Skellungr, ceti nomen.
Skil & Skyl-pada, Goth. teſtudo. Solw Pol. Schiltkrott Germ.
Skale, Edd. in piſcium nom. piſcis, in ſpecie alburnus.
Schwal Germ. Geſn. nomencl. aquat. pag. 289. alburnus.
Schuala ſ. Suala, Goth. & avis eſt & piſcis volatilis.
Schele Teuton. Kil. Swalwe Belg. Swallow Angl. Schvalfiſch Germ. & Schwalm-fiſch, Geſner. Nomenclat. hirundo marina ſive piſcium volatilium ſpecies primaria.
Schwal Germ. Squalus Lat. Geſn. ibid. p. 142.
Sleve & Sliv. AngloSax. Ælfric. Gloſſ. tinca piſcis.
Schley, Slie & Sleye Teutonib. id. Kilian.
Sleove, AngloS. mugil piſcis Somner. Lex.

Seele & Seelen Germ. Geſn. p. 290.
Sulkava Finn. aurata Er. Schrod. Lex. Lat. Scond.
Σελάχη Græcis, piſces cartilaginei.
Σκωλήκης ποτάμιοι Gr. piſces vermiculares. Geſn.
Scholl & Schull Germ. paſſer piſcis. Geſn. Nomencl. p. 99.
Schleym-ling, Geſn. p. 71. Mugili Species.
Chaluc Monspellienſ.
Chelo Latin.
Χελωὴ Græc. idem.
Cheluda Cretenſ. Ὀρφός Græc.
Galeus piſcis Latin. γαλεὸς Græc.
Σκυλίον Ariſtot. Σκυλλόψαρο Græcis recentioribus.
Skelv-fiſck Goth. Scholle German. Sole Angl. Sole Gall. Solea Lat. Suola Ital.
Skelf, Skelfe Kil. piſcis minutulus, ſegmen piſcium, nucleus piſcium.
Skal Goth. Scal Angl. Schelfe Teutő. Scaglia Ital. ſquama piſciũ.
Schelfen den fiſch Kil. deſquamare piſcem.
Sauel Portug. piſcis genus Nieh. Itin. p. 375.
Sollo Hiſpan. piſcis ſpecies Geſner. p. 315.
Sullus & Suillus Latin.
Schill Germ. id. ibid.
Schall-fiſch piſcis ex Nilo flumine, Geſner. p. 318.
Schilan Gall. idem. Vausleb. Voyage en Ægypt. p. m, 72.
Silaka Finn. halex minor. Er. Schrod. Lex Scond.

Sed quod ad rem noſtrã quam maxime quoq; facit, eſt *Cuelle* Lapon. quo nomine piſcis omnis ſquamatus in genere vocatur. Unde Evang. Dom. III. poſt Paſcha *ja ahte cuele* h. e. ut verbum verbo Hebraice reddam ואחד שלו *& unum piſcem.* Cum *Cuele* Laponum convenit *Kalla* Eſthon. Göſek. manud. in ling. Eſthon. *Cala* Finn. Florin. nomenclat. *Hala* Ungar. *Salis* Eſthon. idem ibidem.

Cuelle Lapon. piſcator.

Cala-mies Finn. idem &c.

Sic & *Challua* Indis occidentalibus eſt nomen commune, quod omnibus piſcibus tribuitur. conf. Joh. de Laer deſcript. Ind. Occident. Libr. X. cap. 5. p. m. 408.

Quod

Quod autem Finni, Esthones, Lapones, Indorum nonnulli &c. ש sive *sch.* vel *s.* per *c*, vel *ch* sæpe eloquantur, fuse suo demonstrabo loco; heic unum saltem vel alterum adferendo exemplum. *SKALLE* Svedis, *frons*, *vertex*, *cranium*, *calvaria*; *CALLO* vel *PÆ-CALLO* Finnis & Esthonibus; *pa* enim illis est caput, & *callo* cranium, calvaria &c. *Kallo* Laponibus idem. *SKAL* Svedis, *debet*, *oportet*, *KAL*, Lap. id. unde & pro *SKULD*, *kuld*, *SPÅRA*, *påra*, *SKRIFA*, *rifva*, efferunt Finni, teste nobiliss. Wexionio Gyldenstolpe in Epit. Desc. Svec. Lib. III. c. 9. de Finn. Lingv. Sic piscis qui *Colias* Latinis, & κολίας antiquis Græcis dictus, hodiernis σκολιός vocatur; videsis Oppianum, Rondelitium, Gesnerum, &c.

Prolixiorem horũ vocabulorum contexere catalogum non vacat, neq; res postulat, cum satis superq; constet singula ferme vocabula *Selav* exprimere, arctamq; connexionem & convenientiam referre. Existimaverim autem salvo aliorum judicio, *Selav* in genere notare omnem piscem *squamatum*, *pinnatum alatumve viliorem*, in specie autem eum, qui *Suala* Goth. *Svallow* Angl. *Skele* Teuton. & χελιδών Græcis dicitur. Qui quam proxime accedit figurâ & formâ ad id piscis genus, quod vernaculâ lingva *Sil*, quemq; *alecem* Latini recentioris ævi, prisci vero, ut vult Gaza, *Manam* dixerunt. Qui piscis etiam hodie (quod ad nostræ sententiæ confirmationem maximum momentum habet) circa universum sinum Adriaticum *Sclava* appellatur: Venetiis autem *Manola Schiava*. Gesn.

מן *ex*, *de*, *e*; quamvis aliis, ut Hieronymo, Lyræ, Ludolfo &c. per *trans* reddatur; quibus autem rationibus ipsimet videant: cum vel raro, vel quod crediderim, numquam adpareat talis hujus particulæ, in Bibliis Hebraicis, notio. Explicandam vero illam esse per *ex*, *de*, *e*, &c. & natura lingvæ svadet, & innumera Sæ. Sæ. exempla comprobant: utpote Genes. cap. XXV. v. 29. & cap. II. v. 6. 7. 19. missis aliis.

Nec injucundum fortè erit heic notasse, hanc ipsam particulam מן etiamnum hodie Dalekarlis & Laponibus nostris superesse, iisque *cum*, *ex*, *de*, *e*, significare. ut Luc. cap. II. v. 4. Dar mid så for åg Josáp up áfár frå Galileia frå Stadin Násrá/

 da it

da it i Judeia ad stadin Dåvidz/ sås dem kalla Bethlehem/ der mid an var ålt jet fok *min* släkte Dåvidz. Ex Manuscripto Amplissimi Professoris Joh. Eenbergii mecum ante annos aliquot amice communicato.

LXX. Ἀνέβη δὲ καὶ Ἰωσὴφ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, ἐκ πόλεως Ναζαρὲτ, εἰς τὴν Ἰουδαίαν, εἰς πόλιν Δαβὶδ ἥτις καλεῖται Βηθλεὲμ (διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβίδ).

Lat. *Ascendit autem etiam Josephus à Galilæa ex urbe Nazareta, in Judæam in urbem Davidis quæ vocatur Bethlehema, propterea quod erat* ex *domo & familia Davidis.*

Loco autem quod Dalekarli min nominibus præponunt, Lapones idem postponunt. ut Eccles. cap. XLIV. v. 5. Sij lewa ednamit ja almukit raadedam raswi-min/ ja schiadlagit tåbdom. h. e. *gubernarunt regiones atque populos consilio & intelligentia scripturæ.* Sic מן Syris & Arabibus *ex, de, e, a, ab.* Quibus adde *men* Ægyptiis idem, vid. Athan. Kirkerum de lingva Ægypt. fol. 11.

הים *mari*, vel *illo mari.* *Hum* Gothis. ab *ha, ho, hæ*, ille, illa, illud; itaq; *um, un, wan, im, ieim*, aqua, mare. Et hodieq; vulgus in Svecia, pro han, ille, usurpat ha, pro hon illa, ho. Sic היא Hebræis *ea* Lat. idem ac *hia* sive *jia* Gothis. Ulfil. Math. cap. VIII. v. 15. *Jah aflailot* jia *so heito* i. e. *Et demisit* Eam *febris.* הוא item Hebræis & Chaldæis, הו Syris & Arabibus *ille, hic, is*, i. e. *ha* Gothis, *he* Anglo-Saxonibus, *he* vel *hee* Anglis, *hij* Teutonibus, *va* Chinens. Annamitis, &c.

ים *mare*; um, hum, im, jeim, geim, un, wan &c. Gothis id. Unde *Um*-flod sive *hum*-flod Edda in maris nominibus, *fluxus maris. Un* Worm. Lit. Danic. p. 152. *mare. Wan* Danis idem. *Jem, geim*, & *geimr* Edd. loc. cit. & Run. Goth. pag. 85. *mare*. Num vero ים idem prorsus sit cum *yme. ime?* (unde *Yme gette*, Edd. Mythol. 6. *YMERUS GIGAS, quem filii Bores occiderunt: tantus autem ex vulneribus cadentis effusus est cruor, ut hoc diluvio universum genus* Hrymthussorum *submergeretur, præter unum, quem gigantes* Bergelmerum *vocant, qui cum uxore & familia molem suam ascendens vitam ibi conservavit*) in Lexico meo polyglotto pluribus explicabitur.

וישט *& demisit*, Ariemont. Hieron. ἐπέβαλεν LXX ; *& immisit*, Interpr. LXX. *& dissevit*, Tremell. *& projecit* Chald. Paraphrast. Syriac. & Arabic. *& diffudit*, Samarit. &c.

Quod ו sive *vau* Hebræorum, sit ϑ vel å Gothorum variis antea rationibus & exemplis à nobis demonstratum. Quibus & nunc addi potest *ou* Island. unde Act. cap. VIII. v. 8. Oll mykill fögnudur giordist i þre borg. ET *magnum gaudium exstitit in illa urbe.* ת item per ו abjecto fulcro, antiquis Gothis exaratum fuisse, ante me, curiose pro more suo, observavit nobilissimus Mich. Wexion. Gyldenstolpe in Epitom. descr. Sveciæ cap. III. de *antiquis literis Sveo-Gothicis.*

Itaque ad verbum נטש sive יטש, quod secundum Lexicographos, notat, *reliquit*, *dereliquit*, *deseruit humi projectum*, *sivit*, *misit*, *dimisit*, *curam abjecit.* Sicque quam proximè venit ad antiquum nostrum Gothicum þost / sive dost / dosta, Run. Goth. cessare, morari, actionem remittere, relinquere, sinere, desinere ; unde dasta hodie otiosus esse, vacare, nihil agere; gå å dasta de iis dici solitum, qui nihil agendo tempus fallunt, vel etiam lentè admodum & segniter ambulant; dåst/ segnis, lentus; item mora, cessatio, remissio, intermissio. Hincque dus, dusen, thosen German. obdormiscere, Just. Georg. Schottel. de lingva Germanica lib. V. Tract. 6. p. 1307. dasa & dasast Ver. Lex. defatigari, langvescere, fatiscere, deficere. das, fessus, lassus, segnis. dusa Run. Goth. anhelus & fessus cubare; dus, anhelus, fessus; à quo nec valde abhorret Dußla diminutivum à dusa, hæsitanter & remisse aliquid facere, dåster/ dasadur/ dösad / dasad / Olav. Lexic. Run. sudore & labore lassus, defatigatus. Dåsa Run. Goth. suspirare, anhelare; *dys*-paid Brit. Boxhorn. Orig. Gall. pag. 29. cessatio, intermissio. Dici facile nequit, quam aptè hæc vocabula naturam piscium exprimant, quippe qui in arida ejecti propulsique loca, veluti laboribus fessi fatigatique anheli jacent atque suspirant.

על *super*, Syr. Arab. LXX. Ariemont. *in*, Interpr. LXX Samarit. *juxta*, Chald. *ad* Tremell. cum Gothico *al*, *hal*, *hial*, *gial* & *huel* plane coincidit. Quamvis enim *al*, *ala* per *profun-*

 dum.

dum à nonnullis explicetur; ſvadere tamen videntur cuncta fere hujus vocabuli compoſita, ut per *ſuper* exponendum ſit ſæpius. Sic ala=bal/ ala=blöß/ ala=loge, mihi alta, lucida, ſive ſupereminens flamma, ignisque manifeſtus; ala=blanke ſplendor corruſcans valdè; ala=byrta, pellucidum, ſupereminens; ala=lios hodie öfwer=lius, al=lius, totum illuminatum, vel potius circumcirca illuminatum; ala=ſol, ſol in alto, vel ſol cœli; ala=tungl, luna cœli; ala=ſtiarna, ſtella cœli; ala=ſlod, via elevata ſive regia; ala=hiälur ſolum editum; ala=himen, cœlum altum; ala=hof, illuſtris aula; ala=hus, alta domus; ala=hwalf, altum lacunar; ala=ſtofa, camera alta, ſive camera in ædium editiori loco, quam adire per ſcalas neceſſum eſt, idemqne fere, excepta magnitudine, ac Sal. Videſis Verel. Lex. & Nobiliſſ. Peringsk. comment. in vit. Theodor. p. m. 281. Sic gälla Dalecarlis, ſkulla Uplandis, locus altus vel ſub tecto domus elevatus; עליה Hebr. עליא Chald. עלית Syr. עליה Arabib. Id. hialr, Goth. collis; holar monticuli; al/ aldur Herv. S. c. 7. vertex capitis, kull, Svedis hodiernis idem. al/ alda, Edd. fluctus tumidus, vertex undarum, gurges vel *altum* aquæ, ut recte idem explicat clariſſ. Olaus Wormius in Lexic. Run. Olavii. Et hæc mea explicatio particulæ על Hebræorum vel *al* Gothorum per *ſuper*, quam maximè quoque confirmatur ſimili Laponum vocabulo *al* & *ald*, h. e. *ſuper, in, ad, circa*, &c. ut Pſalm. VII. v. 17. Manual. Lapon. Suun paha ädne kalka ſuun oiwe ALL poted/ ja ſuun karraſwot kalka ſuun oiwe zäcko ALL cakad. i. e. *Infelicitas ejus* ſuper *caput ejus convertetur, & iniquitas ejus* ſuper *verticem capitis ejus cadet.* Pariter & על Arab. *ſuper.* Obſervandum autem circa particulam *al* vel על, nimirum eam præciſe heic loci hanc non ſervare ſignificationem, ut vel *in* vel *ſuper* denotet; quamvis non negaverim ſatis commodam immò ſolemnem eſſe illam acceptionem, ferentibus ſic circumſtantiis, adeoque certo reſpectu non improbandam. Verum ut nemini dubium eſſe poteſt, quin in vocabulis πολυσήμοις ea adſumenda ſit ſignificatio, quæ cum ἀκολουθίᾳ & συναφείᾳ textus optime conſpirat, & commodiſſime coincidit; (loquor enim jam de rebus naturalibus) ita facilius quoque mihi condonabitur,

bitur, ut ſpero, quod rejectâ priori ſignificatione, aliam hîc ſuſcipiam, quæ & textui ſacro melius, & naturæ rei reſpondet, & auctoritate Hebræorum firmata eſt & ſtabilita, quæque priori ſolemnior & uſitatior. Notat itaque particula על præter alia *ad*, vide 1. Sam. cap. XV. v. 4. 2. Reg. cap. XXV. v. 20. Eſai. cap. XVII. v. 7. Mich. cap. IX. v. &c. quam notionem & Laponum *al* & hodiernum noſtrum til quoque habent, ut Pſalm. VII. v. 6. Man. Lapon. Tie muun wiſch=ålmai wainotus muun ſielu/ ja oidjus ſuun kidda/ ja wuollus-telmus muuun wuoign kiedde ALL h. e. *Tunc inimicus meus perſequatur animam meam, & comprehendet eam, & conculcet vitam meam* ad *terram.* εἰς γῆν LXX. Deinde *apud* & *prope.* confer. Geneſ. cap. XVI. v. 7. Judic. cap. III. v: 19. &c. Tandem *circa, circum*, vide Geneſ. cap. XXIV. v. 30. Levit. cap. XVI. v. 4. 1. Samuel. cap. XXV. v. 16. 1. Reg. cap. XVIII. v. 26. &c. quem ſenſum על hoc in loco inprimis habere videtur. Adeoque & hac ratione idem cum Laponum *al* atque Gothorum *al* & *huel* Ver. Lex. Accedit, quod ſequens verbum in textu ſacro, nimirum סביבות robur addat huic explicationi maximum.

המחנה *illa caſtra* ſive *illam caſtrametationem* Goth. *HAMAGANEH.* Hujus vocabuli inquiſitio difficilior multo reliquorum habenda eſt, cum conſtet alias paſſim occurrere voces tam Hebraicas quam Gothicas cum hoc ipſo affines, tam quoad ſenſum, quam maxime quoad ſonum. Quod ad Hebræas adtinet, res per ſe clara eſt, habito reſpectu ad ipſam radicem חנה. Eſt autem חנה Hebræis *quievit, demiſit ſe quieſcendi gratia, habitavit* &c. מחנה Arab. *loca, habitationes*; מנוח Hebr. *quies, habitatio, caſtrametationis locus*, מענה Hebr. *habitaculum, cubile*; גניא Syr. *latibulum*; מגנה Arab. מגנא Chald. *velamen, operimentum*; גנון & גנונא Chald. *operimentum, thalamus, tabernaculum.* â radice גנן *operuit, habitavit* &c. Porro, ſi ad Gothicas oculos animumque convertas, non minorem affinitatem invenies: utpote, *inne, unne, vone, huone, hnæ, hnake, hine, heim, Heman, Haune, Hamna, Kenne, kynne, makyne, Heimkyne, Mane, mane* &c. Quæ fere omnes nihil aliud involvunt, quam *requiei locum, habitaculum* vel *diverſorium.* Inde pronum eſt colligere,

ligere, quam arduum sit & laboriosum, in tanta vocum affinium multitudine & copia, veram illam investigare & genuinam, quæ Hebræorum מחנה ab omni parte respondeat: argumentis insuper firmis & validis evincere, hanc eandem non cum alia radice nisi Hebræorum חנה præcise convenire. Etenim facilius multo percipitur differentia, quæ inter adducta jam modo vocabula Hebræa existit: illa enim sive chartæ inscripta sive typis impressa, distinctaque suis literis radicalibus, quales sunt ג, ח, כ & ע, addatur quoque ק, cum מקום nonnunquam *locum requiei* pariter denotet, ut 2. Sam. 25. &c.) cuivis adeo obvia sunt, ut quid discrepantiæ singulis insit, ne eum quidem fugere possit, qui literas Hebraicas vix primo, ut dici solet, limine salutarit. Ast quoniam Gothica nostra lingva (Antiquam imprimis designo) non nisi unam habet literam, videlicet ᚴ h. e. k. quæ quinque modo nominatis in Hebræa lingva respondere debet, judicatu haud erit difficile, quam caute heic procedendum sit, quantumque laboris & molestiarum ei devorandum, qui feliciter hoc in negotio versari cupit. Neque hoc multum miraberis, qui cogitas post subductas Runas, accessumque multarum negotiandi caussa in has oras peregrinarum gentium, adeo variatam esse mutatamque antiquam nostram, hoc est, claram nobilemque linguam Gothicam, cum quoad orthographiam rectumve scribendi modum, tum ipsam pronuntiandi rationem; idque porro eventurum deprehendent posteri, si qui post centum annos futuri sunt, ut voces indigenas ac vernaculas a Gallicis, aliisque advenis & peregrinis coloniæ Sveticæ recens adscriptis vocabulis ægrè internoscere atque distingvere possint. Hæc scriptionis diversitas, ut alias voces taceam, in sequenti observetur: Jagt *venatus*, cum à verbo radicali jaga, *venari* descendat, rectè isto modo scribitur. Sunt vero, qui Jacht scribi amant: alii qui Jakt: nonnulli Jackt; neque non sunt, qui Jachkt imo & Jaght exarare gestiunt. Accedit & illud, quod difficultatem hanc auget: nimirum quod Hebræi suis nominibus literam ut plurimum aliquam præfigant, utpote מ in מחנה, quæ cum uni lingvæ in eâdem voce, non sit radicalis, in aliis vero pro radicali sæpe

ſæpe habetur, multam parit moleſtiam ei, qui eandem inveſtigare conatur radicem in lingva, quæ vel talia præfixa hoc tempore reſpuit, vel eadem ſuffixorum loco ponit. Tandem neque nihil ad rem facit, quod ipſi Rabbini naturam præfixorum ignorent aliàm, niſi quod nomen à verbo, itemque participia (primâ nempe Kal & Niphal conjugatione exceptâ) à reliquis temporibus diſtingvant. Quicquid ſit, ſalvo aliorum judicio, de præfixo Hebræorum מ ita ſentire mihi allubuit, ut aliquid cum Gothica præpoſitione *ma* ſive *um* habeat cognationis (h. e. מ vel עם Hebr. & Syr. מע Arabib. cum, apud, de) *ab*, *con*, *in*, *per*, *cum*, *re*, *trans*, *de*, *circa*, *unà*, *ſimul* &c. denotante, adeoque vim primitivi ſæpe intendente. confer. Run. Goth. Quam particulæ *ma* vel *um* notionem ſuo loco adductis affatim exemplis adferam. Ad hunc vero modum nemo non videt, quòd מהנה Hebræorũ ſit idem ac *MAGANEH* ſ. ma-gune Goth. compoſitum â מ ſive *ma* Goth. & הנה ſive *Ganoh*, Ulfil. *ſatis*, *ſufficientia*, *abundantia*, *multitudo*, *copia*, it. *quies*, *requies*, (vel *guno* militia): Cui reſpondent *vun* & *un* Run. Goth. *van* Chin. id. unde & *Genoh* Angloſ. *Ginuoh* Alem. *Genoeg* Belg. *Enough* Angl. *Gnog* & *Hnog* Svet. *Genug* Germ. ἱκανῶς Græc. Hinc *Nauh GANOH skal quithan izvis* Ulfil. Joh. XVI. 12. *adhuc MULTA habeo vobis dicere*. *GANOHAI*, *multi* Stiernh. Gloſſ. ibid. ut adeo *Ganeh* cum præfixo *ma* conficiat *MAGANEH* ſeu contracte *MAGNEH*, *Magn*, *Megn*, *Megin*, *Menge*, i. e. *robur*, *vires regni*, *univerſus populus*, *facultas*, *opes*, *cohors*, *turma*, &c. Videſis G. Andr. Run. G. Verel. Lex. Scand. aliosque. Alii aliter ſentiunt contenduntque *MAGN* à ma/ må/ måga/ meiga *valere*, *poſſe*, magan Ulfil. id. derivatum eſſe. Sed obſervandum, quod litera *n* eſſentiam vocabuli *Maganeh* conſtituat, adeoque naturam literæ radicalis induat, in magan autem concipiatur ut extraeſſentialis atq; eſſentiam vocis minimè ingrediens. Hinc eſt quod *n* vocis Magan excidat in flexionibus, non ſecus atque alii huic conſimiles Germaniſmi, e. gr. Siunga Goth. cantare, Singen Germ. Springa Goth. currere, Springen Germ. &c. Quod autem ad vocabula Mogen/ Allmogen &c. adtinet, poſſent fortaſſe illa à måga/ meiga/ magan promanare, quippe cum in his

aliisque, *n* in locutionibus indefinitis evanescat: utpote en moge/ en allmoge/ then mogen/ then allmogen. Sed nihil heic definio. Neque infrequens est, ut *Maganeh* vel *Magneh*, sive *Magne*, *Magn, Meign, Menge,* tam universas regni vires, vel totam hominum multitudinem, quam eorum opes, pecora aliaque bona significent. Videatur Ol. Sag. cap. 45. ubi verba ita habent: Alt Megin Landzins h. e. interprete clariss. Verelio in Ind. Scand. vires Regni, universus populus. item alt megin hans. omnia bona ejus, opes, pecora &c. Sic & מחנה, ut (recte observavit doctiss. Goussetus in commentar. suis lingv. Hebraic.) *jam de toto populo, jam de hominibus & eorum bonis* sumitur. Et ab hoc ipso *Magane* contracte *Magne* non valde abhorret μηχανή Gr. vel Dor. μαχανά i. e. ut Schrevelius idem exponit, machinatio, molimen, it. res, opes, facultas, vires. unde & πλῆθος ἀμήχανον Plat. in Timæo, à Cicerone explicatur per *multitudinem infinitam* (quasi מחנים) adeoque idem prorsus ac meigne vel menge Gothis & Germanis. unde: eine große Menge Volcks Spat. *cœtus, concio, caterva, globus. multitudo populi infinita, frequentia maxima.* Grausame Feindes Menge, multitudo hostium innumera. it. à Menge est das Gemenge/ turba, caterva, numerus. it. colluvies hominum. cui & affine est *manus* Lat. i. e. multitudo, exercitus. Hinc Virgil. Æneid. Lib. VI. v. *660*:

Hic manus *ob patriam pugnando vulnera passi.*

Menge item & mockne Run. Goth. multitudo, cohors, glomus, ut mockne mockr, nubium glomus. mockne ≈ kalfe Edd. statuæ nomen, quasi statua multitudinis, ceu vitulus qualem sibi in deserto fundi atque erigi curarunt Israëlitæ. Quocirca observasse quoque juvabit, ipsum locum, ubi ingentes isti exercitus à Jacobo conspecti sunt, appellatum esse nomine מחנים. Quid si septentrionales hosce tractus olim Manheim s. Magneim, ceu *officinam* & vaginam gentium, inde quoq; dictos hariolemur? idque ob innumeram scilicet strenuissimorum virorum & militum copiam heic partim commorantium, partim etiam egredientium. Quam in rem conferantur, si placet, Paulus Diaconus, Jordanes Gothus &c. Nam & Gothos nostros antiquos Magneh vel Magne/ in plurali numero & statu non

con-

constructo Maganahim vel Magneim, non secus ac Hebræos מחנה vel מחנים protulisse nullus dubito. Exemplo nobis sit Manag Ulfil. *multus*, plural. Managein, *multi.* Ostendit insuper, præter alios, clarissimus Torfæus in serie Dynast. & Reg. Dan. *im* vel *um* terminationem pluralis numeri fuisse Gothis in usu. Verba ejus p. m. 96. & 97. hæc sunt, ubi de Danis & Jutis fatur: *Nam Juta, Juita & JOTUM a proceritate dicebantur, cum JÆT in singulari numero GIGANTEM Gothicè notet. JÆTUM in plurali gigantes. GEATUM, Guta, Guti & Gioti a majorum appellationibus vocabantur, qui Getæ, Gutæ, Guti vel Gothi sunt nominati.* Verum quamvis lubens doctissimo Torfæo, ut & clarissimo Spelmanno, ex quo ista partim habentur, largior, Jutas gentem esse Gothicam, interim tamen pro certo adhuc adfirmare non ausim, Jutas & Gothos ab eadem radice eodemque verbo radicali descendere. Notetur autem *Jotum* seu *Guthum (um* namque *in* & *im*, in plurali absoluto alternant) in constructo, terminationem habere Hebræorum in *e* desinentem: sic *Jutum*, Jutæ; Jute-land, Jutarum regio; Westmannum, Westmanni; Westmanne-land, Westmannorum regio; Sudermannum, Sudermanni; Sudermanne-land, Sudermannorum regio &c.

Ad מחנה quatenus cohortem vel turmam notat, referri quoque meretur *mania* vel *menio*, Spelm. id. unde *Ari-Mannia, cohors vasallorom*, quam (aliàs) *homagium* (hominium vel hominiam) dicimus. Cui tamen adhuc propius accedere videtur Anglorum *Michni* h. e. idem ac warda Spelm. stationes, præsidia, custodia, vigiliæ, excubiæ, cohortes, unde constitut. Canuti Regis de Foresta §. 6. *Habeat etiam quilibet primariorum quolibet anno de nostra WARDA, quam MICHNI Angli appellant, duos equos, unum cum sella, alterum sine sella, unum gladium, quinque lanceas, unam cuspidem, unum scutum, & ducentos solidos argenti.* Nec desunt rationes, quibus inductus Magneim pro Manheim scribi contendam: Etenim notissimum est multis hujuscemodi vocabulis literam g excidere. Exempla sunt in promtu: Germania seu Alemannia a Ptolemæo *Magna* dicta, a Gallo quodam vicino ejus *Alemagne* audit, non obstante, quod *Alemand* eidem sine *g* scribatur &c. sic & populorum, locorum,

 atque

atque urbium aliquot nomina hic recensere haud grave erit, quorum denominatio â מחנה vel castris, cohabitatione aut concursu populorum in unum, pariter facta videri poterit, ut

Magni, Persica gens, Strab.

Magni, campi in Africa circa Uticam, Liv.

Magnus, campus Palæstinæ inter Asphaltitem lacum & Gennabrin vicum, Joseph. Antiq.

Magnos, castrum in territorio Tridentino in finibus Italiæ, Diac.

Magnia, nomen urbis ad promontorium Tænarium sive Cap Melapan, Wheler: Itin.

Magnes, urbs Asiæ ad oram Mæandri: Plin: *Magnesia*, Diodoro Siculo, id.

Magniana, Panoniæ superioris oppidum, Ptolom.

Magnis, Angliæ oppidum Antonin. libr. notit.

Magnæ, Camdeno id.

Sar-*Magana*, urbs Asiæ, Ptolem.

Sar-*macanda* id. teste Toppelino in orig. & occas. Transylv.

MAHONA Turcis, naves ampliores convehendis commeatibus & militaribus apparatibus accommodatæ. Hieron. Comes Alexandrinus in commentar. de bello Melitens. Plura in hanc rem adferre supervacaneum est: cum adducta satis superque demonstrent, à qua radice profluxerint.

Porro quoniam mentio injecta fuit *homagii* sive *hominii* vel *hominiæ*, paucis dicendum est, non videri illa aliena à Gothico nostro Hamna, quod juxta Lexic. Scandicum clariss. Verelii, est *cohors vel certa quædam conscriptio rusticorum territorialium ad conferendum commeatum nauticum.* Quodque alii ab Hamn, *portus*, vel *statio navium* derivant. Verum hoc Hamn aliò referendum est scribendumque ad morem veterum, gap/ haf/ hof/ hofn/ hafn/ Goth. hef & hafn. German. hafne & haufne. Dan. Norv. haven Angl. &c. imprimis cum nostro haf/ hof/ hofn præcise respondeat Hebræorum חף vel חוף, *portus* sive *statio navium.* unde megin-hof vel meginhofn Goth. Gretl. c. 6. *portus emporeticus* vel *portus præcipuus*, quò appellunt naves totius fere regni. Sed de his plura aliàs. Cavendum præterea est ne Hansa tamquam diminutivum, referas ad Hamna, etenim

nim quamvis utraque *cohortem* notent, aljus tamen & prorsus differentis originis sunt. Est enim Hanse Ulfil. vel hense/ hensing Run. Goth. *cohors*, ejusdem originis cum cansa Finnorum & Laponum. כנשא Chald. כנ׳סה Arab. כנסת & כנ׳שות Rabb. i. e. *consessus consilium*, *collectio*, *congregatio*, *conventus*, *cœtus*, *ecclesia*, *turba*. à verbo radicali Hebræorum, Chaldæorum atque Syrorum כנס *collegit*, *congregavit*, *coacervavit*. Hansa Goth. id. Ulfil. Joh. XVIII. v. 3. Ith Judas nam HANSA. *Judas ergo cum accepisset COHORTEM.* Et vers. 12. ibid. Taruh HANSA/ ja sa thusundifaths &c. *COHORS autem & tribunus.* Et Marc. XV. 16. jah gahaihaitun alla HANSA. *& convocant totam COHORTEM.* Hinc clariss. Francisc. Junius ad vocem hansa hoc modo disserit: *HANSA videtur olim prima sua significatione quamlibet hominum frequentiam denotasse, donec tandem ad militum cohortem restrictum est vocabulum, ac Francis quoque hanc vocabuli acceptionem fuisse familiarem discimus* ex Tat. cc. i. *Multitudinem* quamvis denotat Luc. VI. 17. Jah HANSA mikila manageins af allaimma Judaias. & *multitudo* ingens populi ab omni Judæa. *Quem locum eò libentius*, inquit, *adscripsi*, *quod mihi suspicionem injecerit celeberrimis totius Germaniæ urbibus ab hoc vocabulo propter inhabitantium frequentiam*, *HANSEATICARUM olim nomen inditum* &c. Quæ etymologiæ ratio, præterquam quod per se adpareat satis bona & commoda, confirmari insuper videtur vocabulo *VAN* Chinensibus *locus sive portus*, *in quem concurrunt multa navigia ad mercaturam.* Adhæc notissimum est חנס seu *Hanes* nomen urbis fuisse, Memphi centum & octoginta stadiis distantis. Esa. XXX. v. 4. *Principes ejus & legati ejus ad* חנס יגיעו *HANES pertigerunt.* Denique Tunis & חנס nominari, ex Itinerario Benjamini constat.

Verum ut, quod res est, dicam, quamvis argumenta doctissimi Junii, quibus ab *HANSA* h. e. cohors, multitudo, frequentia, urbibus *Hanseaticis* nomen inditum esse probare nitatur, assensum mereantur; tanti tamen non sunt ut a Laurentii Wolffii sententia me pertrahere valeant. Comparet illa in Norrigia ejus illustrata p. m. 41. verbis sequentibus: For mange hundrede aar siden/ der de Wendeske stæder aff de wantro hedenske

ske Folck / som war de Longobarde / Nordmænner oc Gother / dee som hafde den Christelige tro wedtaget / en gruelig / jammerlig oc elendig skade med mord / röffveri oc brand til land och wand er paa fört / besönderlig för alle andre den stad Hamborg / som udi deris Historiæ er at læse. Da hafver de Christne / som var de Vendiske steder / til strid sig imod de vantro Hedninge forbundet / oc dem at imod staa / oc effter som de fornam sig der til at være alt forringe oc forsvage / naagen krigzmact imod dem at opbringe oc udföre / da foraarsagedes de / andre stæder viit oc bræt omkring sig / udi forbund med sig at kalde / oc saa med huer andre at opsette oc voffve liff / gods oc formuge : vor Herre gaff nade oc lycke til / at deres fiender bleff saa aar effter aar nedlagdt / dempet oc stillet / oc god roelig fred igien til land oc vand opretted. Diße stæder som sig saa med huer andre forbant / bleff kalldet de **Hanße** eller **Anßee** Stæder / hvilke var tilsammen halff fierde sinds tiuffve oc siuff / hves nanffne ere som efterfolger. Quem locum ceu perquam notabilem in latinam lingvam transferre atque heic inserere placuit. Urbes Venedicæ Christianam religionem nuper amplexæ, interque eas Hamburgum præcipuè, cum ante aliquot centum annos, ut ejus produnt historiæ, á Longobardis, Normanis & Gothis, ethnicis tum & incredulis populis, terra marique ingentem miserandamque cladem igne ferroq; patiebantur, tunc fœdus inierunt ad hanc Ethnicorũ rabiem junctis viribus retundendum. Ast cum exercitui scribendo instruendoque haud pares essent, in auxiliũm societatemq; circumjacentes vocarunt civitates pro adserenda libertate, ultima passuri. Cessit ipsis res ex animi sententia, ut debellatis sensim, auxilio Numinis, hostibus, alma pax terra marique restitueretur. Hinc civitatibus hisce, quæ fœdus invicem pepigerunt, numero septuaginta & septem, nomen inditum **Hanße** sive **Anßee**-städer i. e. *urbes confœderatæ* vel *sociæ*. Sunt vero sequentes &c. ibidem p. 43. Då kallade man stæderne **Hanße**-stæder; det er ansélig stæder: tunc vocatæ sunt urbes istæ *Hanseaticæ*, i. e. *præstantes civitates*. Quæ verba protulisse videtur author noster, magis ut allusio p. 44. facta sibi constaret, quam oblivione eorum, quæ p. 41. locutus est. Priori sententiæ robur addit Gothorum Hansa, sociare, asso-

ciare,

ciare, in unum colligere: unde & Hans Stiernh. Gloss. in Ulfil. *socius*. conferatur & Dictionaire pour Mr. le Dauphin in voce Hanse. ubi *HANSE* (*mot Allemand pour* alliance *de plusieurs villes, pour la facilité du commerce*) explicatur societas ad commercium inita. & de la est venù ce mot, villes *Hanseatiques*, qui ont alliance entr' elles pour le commerce, i. e. *urbes Teutonicæ societate inter se conjunctæ commercii causâ.*

Tantum de מחנה, à quo antequam prorsus digredimur, paucis dispiciendum est, quomodo meign/ megne/ magne/ vel megune, h. e. robur, vires, universus populus, militia, à Gothico menn, & Angl. *many*, multum, magna copia, numerus, distingvas. Ne quidem subdubitare debes, quin *meny* & *many* referenda sint ad Hebræorum מני numerus, copia &c. quamvis vel maximè hodierno die per mång nobis proferatur, Germ. manch/ Ulfil. manag &c. Itaque ad alterum ipsius radicis derivatum, quod est חנות Hebr. חנא Chald. חנן Syr. חנות Arab. i. e. *officina, fabrica, tonstrina, textrina.* Huic respondet Goth. annt/ kyn, þ & winn þ sive anþ/ kynþ/ winþ, quibus propinquum est kunata & konst Goth. ars, artificium Run. Goth. Ver. Lex. Hist. Sturless. Nobil. Peringsk. c. 2. p. 4. Kunna posse, scire, intelligere. ana/ óna/ vina sive vinna Goth. operari, laborare &c. Ver. Lex Run. Goth. &c. ann / vinn opera, labor; vinnumen, operarii, laboratores, fabricatores, & ab hoc ipso חנה vel חנות Hebr. חנא Chald. cum præfixo autem מ, מחנה fit *machina* Lat. *μηχανὴ* Gr. machine Gall. machina Ital. & hinc magna mihi potius quam manga contra Spelmann. gunt seu gunne Goth. h. e. fabrica bellica ad magnum aliquid tentandum moliendumve. *Inter machinas* enim & *organa* inquit M. Vitruvius Pollio de architect. lib. X. p: m. 434. *id videtur esse discrimen, quod machinæ pluribus operibus, aut vi majore coguntur effectus habere, uti ballistæ, torcularumque prela. Organa autem unius opere, prudenti tactu perficiunt, quod propositum est.*&c. Huc pertinet & *maignen* Gall. faber, in specie, ærarius. *maignagium* officina fabri ærarii &c. nisi hæc ad Hebr. אמון referre quis malit.

II. Est חנות Hebræorum vel חנא Chaldæorum *taberna, marcellum, apotheca* &c. win & winþ Goth. Dan. Norvag. &c. un-

de boe-windur plural. Jons Wolffs Norrig. illustr. p. m. 106. tabernæ, marcellæ; hincque diminutivum win-*kel* Germ. Spat. taberna, unde kram-win*kel*, taberna mercatoria. win*kel*, item Teutonibus *taberna*, *officina*, *ergasterium*, *opificis officina*; *taberna ubi merces exponuntur*: *pergula*, *locus accommodatus exponendis rebus venalibus*. Kilian. winkelhouder propola. winkelknecht tabernarius institor &c. Verbum Gothicum huic respondens est huinna seu winna, & wanna, mercari, lucrari, merces mutare. unde wan-la diminutivum, idem. widnid Lapon. handel å wandel Svet. mercatura & permutatio mercium; *Gynan* Anglos. lucrari. *Gagnar* Hisp: *Gaigner* Gall. winnen & gewinnen Teut. & German. *winiaga* Malaic. negotiari. *ganda* Georgian. lucrum &c.

III. Notat חנות Hebr. vel חנא Chald. *hospitium*, *diversorium*, kyne Run. Goth. G. Andr. knid Norveg. unde hiart*knid* Jons Wolffs Norig. Illustr. p. m. 60. diversorium peregrinantium interius vel intermedium. Etenim paa samme field (nemligen Doffre field) ere for reysende folk 3 stover/ udi hvilke de kunde hafve natteleye (efter som der ingen kand bo) den förste kaldis Drifvestofven/ den anden hiart-knid/ den tridie Fog-stoven/ &c. h. e. in hoc ipso monte (nempe Doffre) tria habentur hospitia seu diversoria, in peregrinantium usum & requiem erecta, quorum primum Drife-stoven dictum, secundum Hiart-*knid*, & tertium Fogstoven. *Quan* Chinens. diversorium, unde compositum *nha-quan*, porticus in itinere ad viatores hospitandos. *Kan* Turc. videatur Whelerus in Itiner. suo Orient. p. m. 150. Il y a à Constantinople & dans toute la Turquie des bâtimens publics au lieu d' hotelleries, qu' ils appellent *karavan serais ou kans*, erigez en diverses lieux de la ville pour les marchez, & places publiques, où l'on vent diverses commoditez. Dicerem & aliqua de vero intellectu vocis *Karavan*; sed non est hujus loci. Id hac vice monuisse sufficiat, idem esse ab Hebræo ערב plural. ערבים adeoque significare cœtum vel societatem mercatorum vel peregrinantium. Neque difficile erit, nomen *GARP*, Germanis communi sermone inditum, ad radicem ערב referre. Sed de his aliàs. *Knyt* item vel *nyth* Britan.

Britann. *nidus* Lat. domicilium vel diverſorium Boxhorn. Lex. Orig. Gall.

IV. חנית Hebr. haſta. unde *contus* Lat. *κόντος* Græc. huonþ/ wond/ wend/ wonde/ wand/ wind/ wondul/ wondur, Goth. Ver. Lex. G. Andr. Bibl. Isl. Hiſt. Ægill. &c. haſta, baculus, pertica, ſcipio, telum, palus acutus, malum navis, haſta labari &c. *Hneit* Run. Goth. nomen gladii acuti. *Genia* Edd. in ſecuris nominibus, *ſecuris*. *Ffon* Britann. Boxhorn. Orig. G. haſta, baculus. *Chan* Chin. haſtile. *Cyn* Britan. id. unde *Cyn*-ved Boxh. telum. Kane Goth. roſtrum acutum. Kant angulus acutus. Huon & hon atque hein Run. Goth. fraxinus, ceu lignum duriſſimum, a quo haſtæ & tela bellica olim facta. *On* & *yn* Britann. id. Boxhorn. l. c.

A derivatis ad ipſam radicem puram examinandam me confero. Eſt verò חנה ſecundum Lexicographos *conſedit*, *demiſit ſe quieſcendi, ſedendi, aut habitandi gratia, quievit, manſit, habitavit, turmatim caſtra poſuit*, Schindl. *Caſtra metatus eſt, caſtra poſuit*, Avenario & Gouſſeto &c. Verum ſi vim & naturam vocis ad amuſſim expreſſeris, me auctore dicendum eſt חנה exſpectavit nonnihil, manſit parumper, requievit, vertit, divertit, fruitus, recreatus eſt, adeoque nomen hinc deductum involvere requiem, manſionem vel habitationem vagabundam, momentaneam, non verò certam aliquam ſedem, diuque uno in loco fixam, ſed mutandam brevi alioque transferendam, ceu diverſorium vel recreationem. Conferantur loca Num. c. X. verſ. 34. Eſaj. XXIV. 1. & alia innumera hanc vocabuli impoſitionem mirùm quantum confirmantia. quibus addantut modo allata ex Itiner. Whelleri de vera τῦ vocabuli *kan* ſignificatione.

Supereſt itaque ut ad verbum radicale Gothicum, Hebræo חנה reſpondens, nos conferamus. Eſt utique illud hvuna/ gvana/ gona vel ganah Ulfil. unde & *gona* ſig, Svedis hodiernis, quieſcere, divertere ſe, frui. delectari. Ganah Ulfil. ſufficit, ſatis eſt. Ganan ibid. ceſſare, deſinere, requieſcere; unde præterit. gananthida vel gana-thida. Luc. V. 4. quod ſine dubio eſt ab infinitivo Ganan, Svet. gana vel gona, Hebr.

חנה

חנה. quamvis *thida* ſeu nota præteriti hîc more Ulfiliano addita ſit. Sic *Gatalhan* Ulfil. tacere, *gatahaidedun* tacuerunt; *gaſandian* demittere, *gaſandidedun*, demiſerunt; *gamuna* meminiſſe, *gamundedun*, recordati fuimus &c. Verum hæc non moror, quoniam clariora ſunt, cumque חנה non ſono tantum, ſed etiam ſignificatione conveniunt. Aſt longius ab hac radice recedere videntur wna/ wana & wena vel wenian Ulfil. quæ tamen propius accedunt ſi hvuna/ hvana/ hvena/ vel gvuna/ gvana/ gvena cum aliis ſcripſeris. Cui ſcriptioni noſtrum w, Germanorum *we*, vel digamma Græcum ſatisfacit. Hinc wna aliis una Ver. Lex. acquieſcere, delectari, frui, item me interprete, divertere, morari, manere; ut clare patet ex Hervar. Sag. c. 5. p. m. 70

Att Eg a folldu En Eg *unþa* þo
Fim bu ſaman Alldrey à ladi

Quæ verba a clariſſ. Verelio haud translata ſic reddo:

Mihi quamvis eſſent Nec tamen poſſem
Ruri quinque villæ, Ruri manere.

Item Olofs Sag. c. 8. Han unþi þar ecki. ibi non *quievit* vel *manſit*. Quam interpretationem haud parum confirmat Germanorum wenden, cum wna Gothorum plane coincidens, ut: wo haben wir geſtern gewendet/ ubi *ſubſtitimus* heri. Spat. p. 2499. h. e. ut hodie nos loquimur: hwar hafwi wänt i går. Wenian Ulfil. Stiernh. Gloſſ. exſpectare, ſperare. hinc Luc. VII. v. 19. & 20. Thu is ſa quimanda. thau atharanu weniaima. Svet. äſtu then ſom komma ſkall/ eller ſkole wi wänta (wäna) någon annan. *Tune es qui venturus ſis, an alium exſpectemus.* Quo refert idem Spaten wenden German. vertere, movere, verſare, volvere, deflectere, h. e. wenda ſive wenna Goth. wenden it. ſubſiſtere, finire i. e. ända Goth. Sed hæc ſuæ radici alibi vindicabimus. Interim & ad ganan Ulfilæ merito referri debet bewenden Germ. ſufficere, ſat eſſe, æqui bonique conſulere Spat. p. 2504. Atque licet magnam cum חנה *habitare*, affinitatem habeat noſtrum wona ſ. vona, *habitare*, wonen vel wohnen Germen. *to wone* Angl. Spaten & Schottel. wanen Saxon. Kil. *Vunian* Angloſ. Somner. *wuoin*-gad Lapon. unde wuoingated frequen-

quent. Torner. Man. Lapon. idem &c. Vix tamen induci possum ut credam hæc eandem prorsus habere in omnibus notionem cum חנה Hebr. *habitavit*, quin potius cum עון *habitavit*. Ratio est, quia עון notare videtur habitationem longam, diuturnam, stabilem & fixam. Hinc bewonen German. incolere, inhabitare. Ein Land bewonen, regionem, terram, agrum incolere, considere in finibus, obtinere terram. Spat. unde einwonen & inwonen Germ. *Awunian* Anglos. inwånare Svet. coloni, inhabitatores. win & winne Teut. agricola, colonus, Kil. Sic מעון fœm. מעונה Hebr. habitaculum, cubile, fixum scilicet & stabile; wone/ wonin hodie woning Svet. wonung German. *Huone* Finn. *Hohn* Esthon. *Wuoigne* Lapon. Sed ad חנה pertinent & *huon*, *huan*, sive von & van Goth. exspectatio, spes, mora. it. *van* Chinens. ire & redire, vana & vanka Goth. id. wancken Germ. unde & wandra Svet. peregrinari; wandern Germ. &c. Ex his facile constare potest, me validis argumentis inductum, sententiam clarissimi Junii deserere, ganah Ulfil. â Græcorum γανόω, *lætitiâ afficio, voluptatem affero*, derivantis. Habet fateor γανόω literas radicales ferme easdem, & coincidere quoque eatenus videtur, quatenus quietem corporis excipiat sæpe voluptas, gaudium, tranquillitas atque lætitia animi. Interim tamen mihi satius videtur, referre Græcorum γανόω ad Gothorum wnna sive gónna, aliis gynna/ Teuton. gonnen & günnen. German. gönnen. h. e. חנן Hebr. gratificari, gratiâ prosequi &c. hinc & hodie dici apud nos solet, gynna en / gratificari, favere alicui. unde חנן & חנון Hebr. חאנן Chald. חנאן Arab. misericors, benevolus, beneficus, benignus, facilis, comis, svavis. gin/ gyn/ gynnare/ Goth. recentioribus; gönner Germ. ἀγανὸς Gr. חנה Arab. benevolentia, gratia, favor, benignitas, svavitas tam corporis quam animi, rerumque aliarum. yn/ ún/ unan/ vun/ gyn/ fón / gunst; Goth. χάνος Græc. wonne/ gunst & gönnen Germ. on/ Chinens.

Si vero alicui suboritur scrupulus, quasi ganah Ulfil. vel חנה Hebr. cum wana/ wena/ winna non essent eadẽ, utpote quæ aliter scribuntur & pronunciantur, eximetur ille, ut spero, facile, cum constiterit etiam Arab. חנה incurvare, flectere, &c. eodem modo

do à nobis efferri. Est enim & hoc Goth. wan, flexit, incurvavit, infin. winna aliis winda. *Van* Chin. windan Ulfil. winden Teuton. & German. &c.

Sed satis de חונה swana Goth. ejusq; derivatis. Antequam vero ad alia me confero, de duobus mihi heic rogandus es, benevole Lector: Unum, ut meliorem in partem accipias diffusam hujus vocabuli â me institutam tractationem. Alterum, ne mireris liberam hanc laxamque literarum commutationem. Ad prius quod spectat, fateor non absque ratione videri aliquibus posse, intempestivam ac ineptam; ast quoniam suscipienda fuit & quodammodo absolvenda ad instar reliquorum, quæ in eodem versu Biblico continentur, vocabulorum, paucioribus res nequibat confici, propter insignes tricas & subtilitates, quibus hujus vocis enodatio laborat. Restant nihilominus pauca eaq; fere præcipua, in aliud volente Deo, reservanda tempus. Ad posterius vero cogites, velim, non frustra me, uni literæ Hebrææ ח nostras *C*, *K*, *H*, *Q*, *G*, *W*, *F*, &c. æquipollentes constituisse. Has enim inter se commisceri & confundi nemo ignorat, qui novit, quantas lingvæ, intervallis temporum, subire solent mutationes. De *H* ita differit Gudm. Andr. in Runis Goth. *H nunc levem, nunc asperiorem in nostra lingva adspirationem obire comprehenditur. Islandi plerumque per K vel Q eandem proferre audiuntur, ut KUOR pro HUOR; QUORT pro HUORT; QUANER pro HUANER; QUEITA pro HUEITA* (quæ hodie nobis war/ wart, waner/ weta audiunt) *imo veteribus ante literam N promiscue H & K in usu fuerat, ut KNÆ vel HNÆ, KNUE vel HNUE: Sic KNAPPE vel HNAPPE; KNYFE vel HNYFE* &c. Eadem ratione & veteres Britanni dixerunt *CHUANT* desiderium, pro *hoant* Armoric.

CHWANNEN Brit. pulex, Armoric. *hoánnen.*

CHWECH Brit. sex, Armor. *húech.*

CHWAER Brit. soror, *Hoar* Arm.

CWN Brit. *canis* Lat. *Hun.* Armor. Boxhorn. Orig. Gall. Sic & hun Svet. hund German. *chien* Gall. *κύων* Græc. Hóna Goth. gallina. *kana* Finn. Florin. *Wuontze* Lap. *Unni* populi, *Hunni* & *Chunni* Toppelin. Orig. & Occas. Transylv. p.m. 328.

328 & OTROK: or. Hung. t. 1. c. 8. *HARIADEN* Barberausse Roy d' Algier, & Admiral du Grând Seigneur, d' autres disent *Chairadin*, *Caratin* & *Cheireddin*. Misson Voyage d' Italie Tom. 2. lettr. 1. p. m. 16. Conferatur & DOCTISS. Thomas Hyde in de Religione Veter. Persar. & Magor. cap. 18. p. m. 216. ubi ita differit: *Litera H Lusitanica sonat fortiter ut Hh, duplici aspiratione seu ferè ut CH durum in litera CHA ut ח CHETH.* Sic quæ nos una cum Germanis per *W* efferimus, Itali per *gu* & Galli per *g* eloqvuntur, ut wård/ Goth. custodia, *guardia* Ital. *garde* Gall. wårda Goth. custodire, *guardare* Ital. *garder* Gall. wante Goth. manitia, *guanta* Ital. wis Goth. modus, *guise* Gall. *guisa* Ital. wasta Goth. destruere, desolare; wüsten German. *guastare* Ital. Wad Goth. *vadum* Lat. *guado* Ital. &c. *Nam Saxones GU*, inquit clarissimus Spelmannus in voce Guti, *semper in WY mutarunt, ut in ipsius Camdeni pronomine* (Willielmum *scribentes pro* Gulielmum) *& trecentis præterea vocibus, manifestum est.* Et Somnerus in Dict. Saxon. Lat. Angl. Franco-Galli semper *g* vel *gu* utuntur pro Saxonum & Germanorum *w*.

כדרך *circiter via* Ariem. *itinere* Hieron. *quasi itinere* Tremell. *velut itinere* Samarit. Arab. Chald. Syr. *viam* interpr. septuag. ὁδὸν. LXX. &c Est scilicet כ idem ac Goth. hue/ hui & hiæ Run. Goth. unde *hue* wägen hod. circa viam, *hue* kyrkian ferme ad templum, *hue* paß circiter. *Wie* Germ. Spat. sicut, sicuti, velut. *ceu* Lat. *che* Gall. it. *sve* Ulfil. så Svet. hod. so German. *cau* Lapon. *que* vel pres-*que* Gall. *casi* Hispan. *quasi* Lat. *kako* Cyrill. *kakov* Carniol. ut imitetur ככה Hebr. quod idem ac כה sive כ. *jako* Polon. *jake* Croat. *yako* Bohæm. *takhak* Lusat.

דרך *via* dærk & dœrk Gudm. Andr. *droga* Polon. *traccia* Ital. à verbo radicali *darka* G. Andr. ambulare, incedere, ire. Scilicet cum difficultate quadam & molestia. tråka & tråka Svet. hod. id. unde gå å tråka. difficile atque molestum habere iter. tråk Peringsk. comm. in vit. Theod. p. m. 370 iter, via. Cui nostro tråka vel darka/ Græcorum τρέχω sono quidem accedit & literis radicalibus, secus vero significatione; cum τρέχειν inprimis notet currere, vel gressum accelerare, דרך vero vel darka lente ire, ambulare &c. unde *Treiglo* Britann.

 obam-

obambulare, Boxhorn. or. *treiglad* obambulatio. *track* Angl. vestigare, vestigia sequi, Mer. Casaubon. Is. fil. de quatu. Lingv. p. m. 359. Träk-häst Svet. & Skut-häst/ equus ambulationi lentæ assvetus, quoque eam ob causam utimur in decipiendis avibus, imprimis aquaticis.

יום *dies*. Goth. um / om / jom/ hiom ; etenim *H* vocabulis à vocali incipientibus sæpius per errorem addi solet, inprimis cum sonus ejus lenior non multum offendat. Observandum verò maximè est hiom seu jom & hum Gothis, peculiare quid involvere, & quidem lucem non radiatam, ut in meridie à solis irradiatione; sed lucem subobscuram, uno verbo diluculum, vel crepusculum sive lucem dubiam & creperam. Quæ explicatio vocabuli יום Genes. 1. ויהי ערב ויהי בקר יום אחד *& fuit vespera, & fuit mane DIES, unus*, locum commodissime habere videtur. Hinc *Hum* Hervar. Sag. c. 6. crepusculum, diluculum. *Huma*-tok Verel. Lex. idem. *hum* & *huma*-mal, causa subobscura vel in qua aliquid lucis est observatum. unde få *hum* i saken vel få lius i saken, in re obscura illuminari. *Hiom* Run. Goth. favilla, scintilla. *Hom* & *Om* Chinens. lux, dies; *Amu* Lapon. & Finnon. manè, lux matutina. *On* it. corrupte ond Goth. id. unde *ond*-verne Run. Goth. mane diei; ἦμαρ & ἡμέρα Græc. dies, lux. *Hamæra* Fin. id.

כה *hic* Latinis, per metathesin. hit Goth. & Germ. Isl. Bibl. & Spat. hodie vero hær dicimus, pariter ut Germani hier id. her Dan. *Jo* Lapon. *qua* Ital. *ça* Gall. *scheit* Lett.

סביבות *circuitus* Ariemont. interpr. *per circuitum* Hieron. Chald. Paraphr. *in circuitu* LXX Interpr. *circa* Tremell. & Vers. Arab. *circum* Paraphr. Syr. & Samar. &c. Sviveth/ svevt & svept Goth. â verbo radicali סבב Hebr. Chald. cingere, circumdare, svepa/ sveipa & svevo Goth. Isl. Bibl. Deuter. II. 23. 1. Sam. XXII. 17. G. Andr. Histor. Ægill. &c. hinc svept vel svevt involutus, circumdatus. Sveipin Herv. Sag. c. 7. id. Sveipr R. Goth. involucrum. Sveif volva seu instrumentum, quo aliquid circumrotatur: hinc diminutiv. sveifla rotare, circumrotare, vibrare, Ol. Sag. 207. Svåfa sive rectius ssåfa hod. id. Ver. Lex. Huc pertinet & *sepio* Latin. circumdare. unde *sepes*, *sepi*-

men-

mentum. Schweifen Germ. & *um*-schweifen, circumire, circulari, discurrere Spat. das schweifen ibid. circuitio.

סביב Hebr. circuitus, circulus. Svev & sveif Goth. hinc *um*-svef, ambages; bruka um-svef, ambagibus uti; góra sig en *svepsak* id. *um*-schweif Germ circuitus Spat. l. c. ut ich wil mit dir kein umschweif machen, per circuitus te non traham. was machstu vor umschweife? quos mæandros & inflexiones quæris. Schweif it. syrma & peniculamentum.

ובאמתים Ariem. interl. Vers. Syr. & Vers. Arab. &c. ו & ב antea explicuimus proinde ad אמתים accedamus. Hujus vocabuli numerus singularis est אמה Hebr. & אמה sive אמתא Chald. & Syr. *cubitus, ulna, mensura cubitalis.* an *mu* Brit. Boxhorn. måth Goth.? vel sit potius nostrum am/ ame/ wame seu fame/ cujus dualis est ambim/ fambim sive famin h. e. bini cubiti, ulnæ. Fabmo Lapon. Fadme Isl. unde Actor. XXVII. 28. LXX. *καὶ βολίσαντες εὗρον ὀργυιὰς εἴκοσι.* & demissâ bolide invenerunt *passus* viginti. Confer versionem Bibliorum Islandicam *HOLOM* An. 1584 impressam, ubi verba hisce respondentia ita habent: Og worpudu grundsocku/ og fundu tuttugu *fadma* diup. His accedit nitidissima Augustissimi Regis ac Domini nostri CAROLI XII Bibliorum editio, nuperrimè juris publici facta. Och kastade uth lodet och funno tiugu *famnar* diup. Dissentire autem videntur Regis gloriosissimæ memoriæ Gustavi Adolphi cæteræque hanc insequentes. Och kastade ut lodet/ och funno tingu *alna* diup; quamvis accurate loquendo, si veram vocum naturam & indolem rimaris, inter singulas has editiones, ferme nihil interesse dicendum sit. Etenim fam seu fame Gothorum numeri singularis est brachium, cubitus, ulna. Svetis hodiernis arm aliàs dictum: Ast numer. dual. famn/ famna vel famnar significat ambos cubitos, sive binas ulnas, vel simul numerato thorace, tres. ut *Amsans* Ulfil. à singul. *ams*, Græc. *ὦμος.* Lat. *humerus.* Ital. *homero.* Hisp. *hombre* & *ombre.* Lusitan. *ombros.* Turc. *omus.* Sed hæc distinctio in communi loquentium usu non ita observatur. Vulgus enim vocat en *fam* wed/ i. tantum ligni quantum ulnis unius hominis comprehendi gestarique potest, in longitudine & alti-

titudine ſpatii cubitalis. 2. majorem illam lignorum ſtruem vel congeriem, cujus altitudo & latitudo expanſis cubitis vel tribus reſpondet ulnis. Verum ſi ἀκρίβειαν in loquendo ſectarentur, in priori ſignificatu pronunciaretur en *fam* wed; in poſteriori vero *famn* wed. Qui dualis numerus famn non raro naturam ſingularis induit, ut recte pariter dicam en *famn* &c. Nec abſimilem ſignificatum, ſcilicet de minore æque ac majore menſuræ genere, admittere videntur ὀϱγυαὶ Græcorum & *paſſus* Latinorum. Hinc fedme Isl. (βαθμὸς Gr.) Gudm. Andr. in Run Goth. *eſt ſinus, gremium & orgya, vel quantum menſura ſe poſſunt extendere lacerti cum manibus. FAMN* item Verel. Lex. Scand. *quantum extenſo utrinq; brachio metiri poſſumus.* Verum & fœðm Angloſ. *fathome* Angl. *Vadem* Belg. eſt *CUBITUS, ULNA*, Somner. compoſita ſcilicet voce á *VAD* ſive *fad*, vel vod Goth. filum: חוט Hebr. & Chald. חיט Arab. id. atq; *ame, eme, ome*, Goth. אמה Hebr. & Chald. *brachium, cubitus, ulna.* Quo etiam reſpectu, *VAD-EM* Kiliano notanter admodum dicitur *FILUM quod intra manus extenſas continetur, menſura manuum expanſarum, ULNA, PASSUS: ſpatium quod utrinque manus expanſione completur, continetque pedes quinos*: (mihi ſex potius & quod ſuperat) *orgya, pedes ſex cum quadrante.* Hinc oma Goth. & fama atque famna/ ulnis amplecti. *Am* Chin. Ann. ut *am con*, gerere infantem in *ulnis. ama son* vel ampa fon Goth. Grænl. Annal. das kind umarmen German. Etenim am & arm vel ams & arms Ulfil. idem ſunt cum arm Germ. Spat. brachium, lacertus, torus, armus, humerus. hinc & *fimer*-ſtänger för en ſläda. brachia trahæ. fama item & famna Goth. ulnis vel cubitis menſurare. *uom* Chin. *fædmian* Angloſ. to *fathome* Angl. *Vademen* Teuton. utraque manu extenſa complecti vel metiri. Somner. & Kil. am it. & ham Goth. manus. unde hamla idem ac hodie næfra vulgo, manibus retinere, impedire. *am-law* Brit. chirotheca, Boxh. *mao* Luſit. manus. aliàs & vad Goth. paſſus.

Ad אמה Hebr. *cubitus, ulna*; & merito referri poſſe videntur *mahi* ſive *pimahi* Coptit. brachium, Kirker. Lingv. Ægypt. *ayumi* Japon. *aune* Gall. niſi hoc ab ulna? *cam* Britann. paſſus & *gomach* crus, tibia. Cui admodum ſimile ſonat Arabum

bum קאמה, ulna, cubitus, quod ad אמה Hebr. velim quoque referas, cum præfixa litera ק. Rationes, præter ſuperius de hac litera allatas, alia occaſione affatim, Deo bene favente, adducturus ſum. Eodem modo ab אמות deſcendit קאמות, cui quam proxime accedit Italorum *gomito*, cubitus, ulna. *Koniek* Ungar. *Kynæræ* Finn. Aſt quamvis *gomito* Italorum tam quoad ſonum quam ipſam ſignificationem exactè cum קמאות Arab. coincidit, eamque ob cauſam hæc etymologiæ ratio mihi ſatis firma videtur & ſolida; ſcrupulus tamen alicui ſuboriri poteſt, qui ſcriptum alibi viderit *gomito* per *gombito*, ut adeo à cubito Latinorum vel ἀπὸ τοῦ κυβίτου Græcorum ortum potius ducat, inprimis cum litera *b* in media voce poſita (non ſecus ac *g* in *n*) ſæpiuſcule in *m* permutetur. Quæ omnia ſuis locis fuſe & accurate demonſtrare, atque ad liquidum perducere animus eſt.

Ut iis autem quæ de אמה Goth. ame vel fame ulna, dicta ſunt, facilius fidem adhibeas, ex conſenſu aliarum quoq; vocum judicium fiat. Sic אמה Hebr. אמא & אמהו Chald. אמה Arab. *ancilla*. *EM* Chin. *amba* Malaic. *ama* Goth. quod non tantum nutricem, à mun þGoth.; אמנת Hebr. unde *amme* Teut. *amo* Hiſp. nutritius, à verbo radicali aman Goth. ammen Germ. Sax. Friſ. Sicambr. *paſcere, nutrire, alere*, Kil.) ſed & ancillam vel tutricem ſignificat. confer. Geneſ. XXI. v. 10. & 13. cap. 30. v. 3. Ruth. c. IV. 16. 2. Sam. c. IV. 4. &c. huc pertinet & *famula* Latin. ceu diminutivum ab אמה ancilla, & *famu-*lus, ſervus. item *yeoman* Angl. Atque, ſi modo *Amatzones* fuerint ex ſexu femineo, quemadmodum perhibent eruditi, non dubitaverim illas ex אמהות *ancillæ*, derivare. unde Exod. c. II. v. 15. *& mittebat* אמתה Amathah *ancillam ſuam* &c. quo & referre volunt ambæt Run. Goth. ambot & ambat Verel. Lex. ſervus & ſerva. *ambeht* & *ambiht* Angloſ. *ambarht* Teuton. *ambactus* Gall. antiq. unde Feſtus: *AMBACTUS apud Ennium lingva Gallica ſervus dicitur.* & Jul. Cæſar lib. 6. de bell. Gall. *eorum ut quisque eſt genere copiisq; ampliſſimus, ita plurimos circum ſe AMBACHTOS, clientesque habet.* hinc cantil. div. Mariæ: Eg em *Ambat* Drottin mins. Ego *ſerva* ſum Domini mei. anaud Goth. id. *Amaeth* Britan. ruſticus, agricola, arator.

Ambt

Ambt & œmbete hodie munus, officium; Ampt Teut. ambacht it. collegium artificum idemque ac gulde Kil. gilde Germ. à gill/ gille antiqua voce Gothica, ut fatetur Spaten p. 658. *collegium* Latin. קהל & קהלה Hebr. hincque Aman sive Amman præfectus opificum, it: prætor, vulgò Ammannus, consul &c. Kil. Ambachter id. ibid. אמון & אמן Hebr: unde קהלת האמנות collegiũ Ambachtorum, Ampnuþ giller Goth: hodie Embetsgillet. verbũ est aman/ amuna & amyna, formare, fabricare, manibus operari, à mun/ aliis munþ/ Goth. *manus* Latin. unde אמנות Chald. ars, artificium, immde Goth: G. Andr. Run. Goth. hinc & primitivum Chinensibus adhuc remanet, quod est *am*, opifex, artifex, Rhod. Sic *am* antiquis Celtis idem ac ampt vel ambacht, officium, negotium, munus publicum, Spat. p. 40. quo cum & עבר Hebr. convenire videtur. Sed de hoc aliàs.

Porro אמה Rabb. idem ac מדד vel מד Hebr. *mensuravit, mensus est*. Annon & hoc ipsum nostrum amada / amida / vel amata, hodie mata/ unde *ametan* & *amiddan* Anglos. made Dan. *metiri* Latin. *medir* Hispan. mattid Lapon. *möhtan* Esthon. to *met* Angl. *mat* Chin. Annamit. mittaman Finnon. maeten & meten Teut. Belg: Saxon. mitan Ulfil: unde Luc: c: 6. v: 38. þizai auk samon *MITADION* þizaiei *MITAD. MITADA* izvis. h. e. eadem quippe mensura qua mensi fueritis, vicissim mensurabitur vobis. *Mekodi* Georgian id. Quo & messen Germanorum, *mesurer* Gallorum, *misurare* Italorum, nec non μετρεῖν Græcorum referre nemo fortè dubitaret, cum *t* in *s* & *s* in *t* haud infrequenter transire soleant. His, cum verosimilia videantur, fateor quam pronum sit assentiri. Interim tamen naturam harum vocum altiori mentis indagine consideranti, apertè, credo, constabit, has ipsas, nempe messen Germanorum & *mesurer* Gallorum &c: non ut mata vel amida Gothorum, sive *meten* Belgarum ab אמד vel מד Hebræorum descendere; sed messen German. oriri a משח Chaldæorum & Arabum *mensuravit, mensus fuit*, hinc Ezech. XL. 5. Hebr. וימד את רחב הבנין Targ. ומשח ית פותיא דבנינא h. e. & *mensus* est latitudinem ædificii. Vers: Chald: Unde itaque *mesurer* & reliqua ipsi cognata verba? Certe si ad fontes Hebræos reducenda sunt, utique radici inusitatæ

ſitatæ שור *menſuravit*, ortum ſuum debeant neceſſe eſt. A שור etenim præfixo מ factum eſt משורה, Gallis *meſure*, corruptè *menſura* Latin. *meaſure* Angl. *miſura* Ital. Lev. 19. 35. לא תעשו עול במשפט במדה במשקל ובמשורה Hier. *nolite facere iniquum aliquid in judicio, in regula, in pondere, in MENSURA.* Et hinc ipſa verba, to *meaſure* Angl. *mèſurer* Gall. *miſurare* Ital. *menſurare* Lat. *μετρεῖν* Gr. Ex hiſce tribus vocabulis, qualia ſunt מר ſive מדד Hebr. mata vel mida Goth. *meten* Belg. משח Chald: & Arab. meßen Germ. & שור, unde משורה Hebr. *meſure*, Gall. &c. judicet benevolus Lector, quam facile in eliciendis venandisque vocum etymologiis, affinium præprimis, etiam diligentiſſimum quemvis attentiſſimumque error obrepere poſſit, ut adeo ſatis dici nequeat, quanto ſtudio, quantaque cautione heic opus ſit.

Sed quorſum hæc omnia? niſi ut oſtendant illam prorſus admirabilem convenientiam, quæ Hebræorū inter Gothorumq; præprimis lingvas intercedit: Chinenſiumq; multis in locis cum his utrisque affinitatem maximam. Cujus rei cauſas, commodiore, ſi Deus vires & vitam conceſſerit occaſione, tradere conabor, idque cum aliquo fortaſſe eorum ſententiæ detrimento, qui Chinenſium lingvam, nullam prorſus cum alia aliqua in toto terrarum orbe habere analogiam; Gothicam vero ſive veterem noſtram Hyperboream á Germanica ortam productamque ſibi imaginantur. De Chinenſium enim lingva ſequentia refert auctor libri Nouveau Journal des ſcavans mois de Janv. & Fevr. Art. 1. p. 14. *ex* Nouveaux memoires ſur l' etat preſent de la Chine, par le Rev. P. *LOUIS LE COMTE* -- á Amſterd. 1697. *La langve Chinois n' a aucune analogie avec pas une de celles qui ont cours dans le monde; rien de commun ni dans le ſon des paroles ni dans la pronuntiation des mots, ni dans l' arrangement des idées.* Lingva Chinenſis nihil habet affinitatis cum ulla lingva nota in toto terrarum orbe, nihilq; commune vel quoad ſonum & pronuntiationem ipſarum vocum, vel quoad ordinem ſive diſpoſitionem idearum. Ad Hebræam vero Gothicamque quod adtinet, mirari ſane convenit, in hac ſupereſſe adhuc non tantum vocabula Hebræa, maximam partem pura & integra, ſed quod magis eſt, ipſas res vocabulis notatas, leves nunc licet & vulgares, interque eas ferculorum aliquot

genera, tam nostratum quam aliarum gentium mensis apponi solita, quæque eam ob causam sine offendiculo facile mutabilia diceres, per spatium tamen annorum trium quatuorve millium, nullam in hunc usque diem subiisse mutationem. Sic quin vocabulum Hebr. מנחה *mincha* Gothorumque munga, hodie munche vel מנחות mungat idem sint, nemo facile negaverit, qui modum conficiendi *mincha* Hebræis olim receptum, à nostri ævi mulierculis exacte observari in præparatione modò nominati ferculi munga vel munche, recordatus fuerit; cum hac tamen differentia, ut loco olei, quo Belgæ, Galli, Itali &c. hodieque utuntur, quoque una cum *simila* sive farina tritici purissima, nobis *Simlo*-miol, in Levitico confectum olim legitur Hebræorum מנחה *mincha*, nos buthyrum, ceu oleum carius ementes, adhibeamus. Adhæc מנחה Hebr. *munus* est vel oblatio; Cui iterum æquivalens habetur nostrum antiquum vocabulum mun vel munþ (quasi מנחות) i. e. donum, vel *munus* Lat. conf. Ol. Sag. c. 78. foreꝭengan *mun* þore eg þat. nullo *munere* vel nullo dono hoc audeo facere. hinc mundr Run. Goth. dos profectitia. Hennan *munþr*, dos puellæ, patrimonium virginis. Heimta ut meyar *mundur*. Gautr. S. c.40. sponsæ dotem extorquere. it. Hist. Ægill. & Asmund. cap. 11. Oc vil eg nu leggia af minum *munum*. ergo deponam jam *munera* mea. mon vel monet Dan. id. vid. Chr. Osterss. *Weyle Gloss.* Jurid. p. 561. item munne in Jur. Zeland. lib. 1. c. 3. Præter hæc etiam mungat Goth. notat omnis generis delicias & potus præstantes. vid. Verel. Lex. Run. Goth. & Olai Wormii Lex. Run. ubi & munod explicatur luxuries, libido. munuþ Run. Goth. atque munadseme Isl. Bibl. 2. Ep. Petr. c. II. Denique & מנחה juxta Schindler. apud Hebræos pro certo & statuto tempore scilicet vespertino designando usurpatum, legimus in Exodo. Unde תפלת מנחה Rabb. oratio oblationis vespertinæ &c. Sic & munþ Goth: certum & statutum tempus notare patet ex Hirdskrá. ubi hæc verba leguntur: þad *munþ* of i þeim stad / med skilum oc rettum skaurdum. h. e. ut clariss. Verelius hæc verba interpretatur. *eo* tempore *& loco, liquido & particulatim.* Sed de his satis. Jam ad alia.

על *super*: nostrum *al, hal, huel, hial* sive *gial*, &c. huic exacte respondere, superius demonstratum est.


פני *facies.* Est numeri pluralis: deest Hebræis, ut cuique notum, singularis. qui alioquin diceretur פנה *panah.* Elicitur vero hic ex lingva nostra Gothica, in qua integrum adhuc superest vocabulum *panah* (quamxis hodie per *pana* plerumq; scribatur) *FACIEM, FRONTEM* sive anteriorem capitis partem maxime eminentem, nudam atque planam, cui oculi insident, denotans. Unde han har en wacker *pana*, ipsi frons egregia est; Slå en för ens *pana* faciem vel frontem alicui verberare. Pane Teut. Kil. *Fone* Angl. id. unde *fone*-head Calp. in voce *frons.* His accedit ὦπον Græcorū, quod licet absolute positum non sit in usu, verum Accusat. sing. ὦπα *vultus*; ex compositis tamen ejus, utpote πρόσ-ωπον, *facies*, μέτ-ωπον *frons*, haud obscure colligitur, antiquissimis Græcis ὦπόν ceu simplex fuisse usurpatum. Porro *pen* Britan. est caput, & *bann* atque *fann* iisdem notat altum quid, excelsum atque maxime eminens. Boxh: or. *pen, pin* & *pina* Goth. atque Germ. Spat. 1424. *Pinna* Lat. B. Sed hæc fortè rectius ad פן fæm. פנה quod est idem ac pin sive vin Svet. hod. suprema pars domus, quæ immediatè subest tecto. punt it. Run. Goth. aliis pynt, suprema pars arborum, cacumen montis &c.

Pand Teut. Kil. porticus, xystus, solarium, ambulacrum, peribolus; unde pinnen auff der mauer, *aliâ dialecto* zinnen (Svet. pine / pinin) *pinnas & minas murorum dicimus &* pinnen *sive* zinneni auff den Gebäuden / *culmina, conos & pinnacula ædificiorum.* Spat. 125: Cui & assentitur doctissimus Cluverius in German: antiq. cap: 26. p: m. 228. ad init. n: ij 30. his verbis: *Nam hodieque excelsarum rerum summitates dicimus* pinnen *& singulari numero* pin. Unde *PAN-LA* seu *PANELA*, Goth. slätta taket med bräden / asseribus tectum intus æquare.

Inter alia autem, quæ me movent, argumenta, ut credam פן Hebr. sive ejus fœm. פנה Gothico nostro win/ pin/ pan sive pen respondere, hoc haud minimum est, quod videam Hebræos, suum פן, פנה vel פנת connectere cum גג *Gag*, non secus atque Gothi gag sive gang cum pan vel pen conjungunt. Exemplo sit Prov. c. XXI. v. 9. טוב לשבת על פנת גג מאשת מדונים ובית חבר h: e. interprete Hieronymo: melius est sede-

 re

re in *angulo* domatis, quam cum muliere litigiosa, & in *domo communi.* Verum juxta τῶν LXX. versionem, Hebræorum על פנת גג est ἐπὶ γωνίας ὑπαίθρου *in angulo non tecto*: idque, secundum meam sententiam, prorsus accommodatè, siquidem exactè coincidunt פנת גג cum Goth: panþ-gag dialecto Ulfiliana, sive panþ-gang Teutonibus pand *om gang* h. e. ambitus, circuitus, xysti, porticus, solarii, ambulacri: nobis *ALTAN* sive en gång på taket, vinþ-gång. Unde & pand Kil. reticulata indago, septum carbaseum &c. ut gag Ulfil. platea, via strata: Marc. c. VI. v. 56. ana GAGga lagidedun siukan: in *plateis* ponebant infirmos &c: Sic en *göng* Run: Goth. hodie *spatzergång*, ambulacrum, peribolus, porticus. Trägårds-gång / ambulacrum horti &c. Quid quod גג gag Chinensibus etiam hodieq; supersit: Illis enim *GAC* est tabulatū, vel contignatio domus. Cui affine est Goth. Kag / Kagr operimentum, velamen, tapes, tegmen. Quam in rem conf. KongaS. 225. han let breda yfer *Kaugor*, stragula vel tegetes supersterni fecit. Hinc *KAG* sive *KAGEL* dimin. id. ac aliis taktegel / tegulæ lateritiæ, *gach* Chin. id. *kakl*-ugn Svet. furnus lateritius. Adeoq; concluditur פנת גג idem esse ac pand-gag peribolus tecti, quod Paraphr. Chald. transfert per קרנא, nostrūque krona plenè exprimit, itemque kranc / krans / hörn & horn: nec dubiū est quin Hebr. קרן hæc eadem referat vocabula, ut adeo existimare liceat, illam partem sive altaris sive arcæ, vel consimilis structuræ, quam horn vulgò interpretantur, dicendam potius esse krans / hörn / krona s. coronam, quam horn / sive cornua. Neque fugere aliquem potest, nisi artis architectonicæ planè imperitum, *CORONAS ædificii* appellari suggrundas seu prominentias sub tecto maximas, parietes ædificii longè latèque tegentes. conf. Vitr: Archit. l. 3. c. 3. & fig. A: ubi num.



1. est sima, 2. tympanum, 3. CORONA, 4. denticulus, 5. zophorus, 6. cymatium 7. tertia fascia, 8. secunda fascia, 9. prima fascia.

κορωνὶς it. Græc. קרונה Rabb. faſtigium, capitellum, ſummitas &c. *KARNis* vocabulum Svedis & Germanis, inprimis fabris lignariis ſatis familiare. Adhæc Coronæ Vitruvio dicuntur *protecta*, Bonon. *grunda* h: e. prominentiæ & veluti ſupercilia parietum. conf. laudati auctoris Archit. l. 2: c: 8:

Verbo tantum hic nominaſſe ſufficiat, LXX. Interpretes l. c. haud incommodè vertiſſe Heb: בית חבר per οἶκον κοινὸν, *domum communem*, hanc eorũ interpretationem vocabulis Goth. KROG, Gall. *Cabaret* & Chald. טרקא mirum quantum confirmantibus. A טרקא enim torg Goth. locus communis, forum, quo omnes conveniunt, vel emendi vel vendendi cauſa. &c.

Sed de his fuſius ſuo loco. Regredimur ad noſtrum פני, eamque notionem, quâ ſuperficiem vel planum alicujus rei ſignificat: ut פני הארץ ſuperficies terræ. Huic accedit Goth: *BANE* planities, ſuperficies,; *Bang* Chin: unde Rännar *bane*, planities excurſionibus equeſtribus deſtinata. Wedio*bane*, campus exercitiis curſoriis aptus. Hinc quoq; Weyle Gloſſ. Jur. p. 74. BANE arena ſeu planities, er en wiße oc ſerdelis beſtilt ſted oc plats ſom naget ſirdeles ſkal opſættis/ ofwer eller drifes paa: ſom fórnemligen/ Riden i ring/ Tornering/ ſkiuden/ fecten. Unde Ride-*bane*; Rende*bane*, Tornere*bane*, Fecter-*bane*, Lóbe-*bane* oc Reber-*bane* &c: pana Goth. cucuma, cacabus pfanne Germ. it. panna bractea, lamina. Et ut nullus tibi ſcrupulus, quoad hujus vocabuli veram etymologiam, in mente reſideat, accipias etiam alias hujus notiones ſibi invicem reſpondentes Ita Hebr: לפני *ante*, excipit Goth: Bein / rectà, ante ſe: unde Hiob: XXIII. beinan veg via recta; beint Epit. Ol: exporrectum. beinſta / rectiſſimum. ut, han far hit beinſta, Wilk. Sag: p. 23: via rectiſſima atque compendioſiſſima iter facit. Beinſt Spec. Reg. 48. directe. Beinſkeyti Konc: Sag: p: 115: recta & non aberrans ad ſcopum collimatio Ver: Lex. Rurſus τῷ פנה Arab: *defecit*, *terminatus*, *ablatus*, *mortuus fuit*, reſpondet Bana Goth. φένω Gr activ. & Bana neutr: Goth: ejuſdem ſignificationis. Hinc פנא deſtructio, interitus, mors, Bane Goth: *Banh* Chin. φόνος Græc. id. Unde *bane*-man, qui mortem alicui accelerat. Nec dubitaverim adſerere quòd Latinorum *finis* ab Arabum פנא deſcendat, ut & *bien* Chinenſium, *fine* Ital. *fin* Gall. *fine* Hiſpan. Wende

de Germ. &c. Unde & *wen* Chin: ripa: *bank* Angl: unum itaque & idem est ac Hebr. פני הארץ Goth: Bane ha earb. Verum quò suspicetur nemo vocem *bani* p. 12. cit. ad usitatū Hebræis pronuntiandi morem detortam esse, cum in *I* terminare, nostræ ætati, in aulis præcipuè minus sit receptum, rudi licet vulgo, antiquæ pronuntiationis etiamnum paulo tenaciori custodi, haud rarò ita sonant voces; exemplum ex multis unum alterumve saltem adducam, quod ad probandum indubie, ut opinor, valebit. ᛚᚢᚾᛏ ᛆ ᚮᚾᚵᛆᚱ ᛑᚢᚵᛁ i. e. *LUNT A ONGAR DUGI.* Quæ inscriptio est numuli argentei, qui in insula Bornholmia effossus putatur; cujus figura cum inscriptis Runicis á clariss. Otthone Sperlingio Consil. Reg. & JCons. Dano exhibetur in opusculo quod de nummorum bracteatorum ac cavorum nostræ & superioris ætatis progressu & origine anno Dni. 1700 Lubecæ editum est. Ad quod exemplum & nos eundem numum exsculpi curavimus ac curioso Lectori vel ideo sistimus, quod integra scriptura Viro dicto, in hoc studii genere alioquin multum promittenti, ceterisque suæ gentis eruditis, quibuscum communicabat, judicetur inexplicabilis. Sed malim ipsum audias antiquarium de numulo commentantem tract. cit. p. 52. *Rudi sane sculptura nummus hic sistitur, ita tamen ut cognosci possit, in primo latere figura hominis aut umbra potius; in altero latere tali cruce insignitus in medio & lunulis dimidiis duabus vel tribus sibi obversis ad latera: sed in circuitu has habet literas Runicas, prout ego collegi.* Lunt a ongar dugi. *Quas interpretari non possum. Alius vir doctus hanc interpretationem addidit. Prima facies est imago virginis: altera crucem vel vexillum potius præbet cum his literis:* lunt a ongar dugi. *Runarum quidem figura cum nostris coincidit, quæ in lapidibus reperiuntur;* sed sensum ullum nec ego nec alii elicere potuimus hactenus. *Prima vox secundum nostras Runas* Lunt, *exprimit, quasi Lundensem Archiepiscopum intelligere debeamus. Ceteræ literæ A ONGAR DUGI præferunt,* quæ mentem nullam habent. *Nummus sane rarissimus est, sed rarior si explicari posset.* Qui nodus ut solvatur, nummoque suum pretium constet, explicationem adjiciam, quæ mihi cum primo inscriptionis intuitu occurrebat, ac

nisi

nisi valde fallor, vera est. *LUNTA ONGAR DUGI.* i. e. ut hodie loquimur: Lönt til intet dugse. Lat. *occũltũ ad nullũ usum:* vel, quod occultatur ac latet, ad usum nemini inservit. Quam interpretationem crediderim cuiq; evidentem esse ac probari: nec apparet ulla in vocabulis difficultas. Quod si quæ in voce *ongar*, aliis *ongvar* i. e. *nulli*, *nemini*, centies eam in Bibl. Isl. & alibi poteris, si velis, legere. Sed ad propositum ut revertamur, vocula *dugi* planè Gothica probat, terminationẽ dativi & ablat. aliis accus. in *I* nostris quoq; majoribus, in hunc usq; diem fuisse usitatã, ac proinde nos in terminatione illa retinenda, avita premere vestigia. Sic maþur skal at *magni* Ol. S. 140. pro viribus te juvabo. Et biblia nostra hodierna Rom. XIII: v. 14. &c. och fodrer köttet/doch icke til *kati.* Et ne curam habeatis carnis ad concupiscentias. item, i Gudi, in Deo. Quæ alioquin hic nummus habet observatu digna, explicent illi, in quorum manibus ejus πρωτότυπος est. Verbum quod radicis loco Lexicographis constituitur, est פנה *vertit faciem*, *vertit se*, *conversus fuit ab uno ad alterum, vertendo se ad aliquid vidit, advertit, respexit, adspexit, inclinatus fuit, declinavit, rediit* &c. Schindl. Huic respondet Gothorum Bana, corruptè Banda & Benda/ item Vana & Venda Run. Goth. quod non tantum omnes allatas τῆ vocis פנה significationes continet & exprimit, sed habet insuper alias, quas haud absurde hisce adjungendas esse autumo. Evincitur enim ex accurata variorum in scriptura sacra locorũ collatione, quod Hebr. פנה Goth. bana etiam sit, æquavit, planum reddidit, Esaj. 40. 3. Malach. 3. 1. פנו דרך bana dærf Goth. hodie bana wägen / æquate viam: it. annuit, blanditus est, vultu vel miti aspectu benevolentiã significavit. Unde Prov. VI. b. cap. X. d. c. XVI. Syr. XXVII. d. *bender* med augunum h. e. annuit oculis: winkar eller blinkar med ögonen Svet. hod. quibus in textu Hebræo respondent קרץ & עצה utraque à Paraphr. Chald. per רמז h. e. *annuit oculis* reddita. Verum indolem & naturam horum vocabulorum diligentius inspicienti adparebit קרץ inter & עצה aliquam interesse discrepantiam, unde & considerate admodum in Bibliis nostris קרץ per winka & עצה per blinka translata. Verbum verbo si velis reddere, haud



abs-

absque ratione dixeris קרץ esse nostrum korʒa vel garʒa irridere, corrugare nasum, os oculos, membraque reliqua scurrarum & mimorum more gesticulosè movere. greipa idem. unde garʒona låte Run. Goth. idem ac hodie kortʒanes låt / gestus scurriles. Gorpa ibid. jactabunde loqui. Gorp, jactantia, Gorpr jactator, thraso. gars irrisio. gis og gars &c. Hinc est quod existimem Paraphrasten Chald. non sine singulari quadam emphasi hoc ipsum per רמז reddidisse, siquidem & illud, non simplicem annuendi significationem importat, sed intendit eandem, convenitque quodammodo cum illo Gothorum, cujus modò injecta fuit mentio, garʒa sive korʒa *irridere* it. *effusè lætari*, Peringsk. Vit. Theod. *chwertin* Britan. ut adeo רמז idem sit atque nostrum Rimaß, vel secundum alios grimas, German. gramanʒen. Gall. *grimacier, ou faire grimaces*, h. e. os, nasum &c. distorquere. Unde *grimacier* sycophanta, circulator, simulator, korʒan Goth. *grimace* s. *grimasse* oris depravatio, distorsio. *faire les chosses par grimace*: fictè aliquid & simulate agere, vel ficto vultu. Diction. pour le Dauphin. Hinc & rumsa aliis rumska Goth. oscitare, pandiculari, os nasumq; distorquere. Gautr. Sag. rensa item & wrenska, gestire, libidinis flamma uri & circumferri. Ideoq; si mavis, quod קרץ sit *oculis blandè annuit, blanditus fuit, nutu significavit*, ei respondere utique poterit nostrum kruʒa / kerskia & kæras nec non caresser. Gall: carezzare Ital. kuorath Lap. Croesawu Britann. καὶόλιζειν Græc. it. κοείζομαι h. e. blandior, blande appello. unde & ὑποκοείζομαι blandis verbis appello, subblandiens voco, blandior, subblandior &c. vid. Athen. l. 13. de Phryne meretrice. φιλάεγυεος δέ τις ἐϱαστὴς ὑποκοειζόμενος ἀυτὴν &c.

Posteriori vocabulo Hebr. עצה respondet exacte Goth. kiʒe à verbo kiʒa, oculos blanditer contrahere amantium instar. unde kiʒógen עין עצה h. e. oculi contracti & ferme clausi: ac proinde dicitur familiari sermone han är så kiʒógd at han fóga kan se: contrahuntur ipsi adeo oculi ut vix videre possit. An huc quoq; spectet kosen Germ. & liebkosen blande loqui, adulari?

Sed antequam ad alia me confero, hanc abs te, benevole Lector, stipulor gratiam, ut ignoscas quod allegationem lo-

corum,

corum, in quibus ſingula adducta vocabula èxſtant, intermiſerim. Foret illa nimis prolixa & laborioſa, nunc inprimis, cum quicquid imprimendum eſt, in ſingulas horas anxie exigat Typotheta. Bona me egiſſe fide exiſtimes, quod etiam factum eſſe in Lexico Polyglotto, volente Deo, ipſemet experieris.

§. XI.

Ex iis, quæ in præcedentibus ſunt adducta, ſatis ſuperque conſtare arbitror, firmiſſimis niti rationibus meam ex veteri Hyperborea lingva collectam textus ſacri verſionem. An vero hæc reliquis anteferri debeat ipſe non decerno, ne mihi nimis attribuere videar; judicent illi, qui allata argumenta accurate & ſolide examinare atq; diſcutere ſibi non grave duxerint. Mihi diſpicienda reſtant quæ vel ex Scriptura Sacra, vel extra eandem, pro confirmanda nova ſententia, deſumi poſſunt. Itaque ſecuturus, quoad fieri poteſt, methodum Magni Ludolfi, quâ uſus eſt in refutandis Anonymi argumentis, quas ipſe format, hypotheſes, ad ſuam utpote confirmandam opinionem neceſſarias & abſolute veras, recenſebo, ut ex earum recenſione Legentibus eo melius pateat, quæ denique mea ſit ſententia, & quibus illa argumentis adſtruitur. Erit autem

HYPOTHESIS PRIMA.

PLEBEM ISRAELITARUM CARNEM A DEO NON PETIISSE, nec ſibi a Moſe aut undecunque dari cum fletu deſideraſſe? Numer. XI.

Reſpondeo, petiiſſe utique carnem Iſraëlitas, conſtat ex collatione totius laudati capitis, ut v. 4. והאספסף אשר בקרבו התאוו תאוה וישבו ויבכו גם בני ישראל ויאמרו מי יאכלנו בשר Interp. LXX. *Et vulgus quod in ipſis, deſideraverunt deſiderium. Et ſedentes flebant & filii Iſraël: & dixerunt: QUIS CIBABIT NOS CARNIBUS?* & v. 5. זכרנו את הדגה אשר נאכל במצרים חנם *Recordati ſumus PISCIUM, quos comedebamus in Ægypto gratis.* Hiſce verbis reſpondent Moſis in v. 13. מאין לי בשר לתת לכל העם הזה כי יבכו עלי לאמר תנה לנו בשר ונאכלה *Unde mihi CARNES ad dandum omni populo huic? quia flent contra me, dicentes:*

Da nobis CARNES ut manducemus. v. 18. ואל העם תאמר התקדשו למחר ואכלתם בשר כי בכיתם באזני יהוה לאמר מי יאכלנו בשר כי טוב לנו במצרים ונתן יהוה לכם בשר ואכלתם: *Et populo dices: Sanctificemini in crastinum & comedetis CARNES: quia flevistis coram Domino, dicentes: Quis nos cibabit CARNIBUS? quia bonum nobis est in Ægypto, & dabit Dominus vobis CARNES; & manducabitis.* v. 21. ויאמר משה שש מאות אלף רגלי העם אשר אנכי בקרבו ואתא אמרת בשר אתן לכם ואכלו חדש ימים: *Et dixit Moses: Sexcenta millia peditum populus, in quibus sum in ipsis, & tu dixisti, CARNES dabo eis, & comedent mensem dierum.* Et vers. 22. הצאן ובקר ישחט להם ומצא להם אם את כל דגי הים יאסף להם ומצא להם *Numquid oves & boves occidentur, & sufficiet eis? aut OMNE OBSONIUM* (omnis piscis) *MARIS congregabitur ipsis, & sufficiet eis?*

In tanta dictorum Scripturæ Sacræ luce & convenientia, de petitione populi è Mose, Mosis item propositione coram Deo, & Dei tandem responso ad Mosen, non videtur dicendum esse, ad instar desperantium indignantiumque, minime vero petentium & desiderantium, capienda esse plebis Israëliticæ verba. Quamvis enim non inficiar, tales interrogationes, inter quas infertur à clariss. Ludolfo מי יאכלנו בשר *quis cibabit nos carnibus?* simplici negatione nonnunquam æquipollere; id tamen semper & quidem hoc potissimum loco obtinere, neutiquam concedendum videtur. Quod probant sequentes interrogationes, quæ desiderium cum spe & fiducia impetrandi, id quod optamus, conjungi; adeoque nec semper dubium ac anceps votum, ne dum desperationem his interrogationibus portendi, manifestè ostendunt. Vide 2. Samuel. cap. XII. 22. Joel. c. II. v. 14. Esth. IV. 14. Jon. cap. III. v. 9. Exod. cap. XVI. v. 3. Num. c. XI. v. 29. Deuter. c. V. v. 29. &c. Porro quod existimat desiderium citra spem & confidentiam cum petitione nullatenus consistere posse, ulteriori eget probatione. Petimus non raro ea, atque vehementissimè concupiscimus & flagitamus, quæ consequi nos quam maximè diffidimus. Atque ut verum est, quod dicunt Theologi, temporalia a Deo cum conditione petenda esse, evincitur nos aliquid à Deo petere citra exploratam spem idem consequendi. Neque firmo

mo ſtat talo, quod cum Moſes conqueſtionem populi cum intercesſione aliqua ad Deum non tulerit, eum querelam ejus pro æqua petitione non habuiſſe. Siquidem verba Moſis cum Deo colloquentis, atque ad Deum referentis deſideria Iſraëlitarum v. 13. *unde mihi CARNES, ut dem tantæ multitudini? flent contra me dicentes: da nobis CARNEM ut comedamus*; petitionem manifeſtiſſime confirmant & adſtruunt. Supervacaneum enim eſt ea quæ ex antecedentibus & conſequentibus proclivi ſuſpicione & conjectura colligi poſſunt, verbis exprimere, & luxurioſo orationis apparatu amplificare. Unde in contexenda rerum geſtarum hiſtoria, quis eſt qui jure mirabitur ea omitti, quæ ex ſupra dictis, citra errorem percipi poſſunt. Pari ratione quotusquisque erit, qui cum audierit nomine populi referentem Moſen: *da nobis carnem ut comedamus*, non confertim intelligat excipere eum petentis populi verba, adeoque relatione ejus petitionem populi includi. Adverſus hæc licet excipiat Magnus Ludolfus verba Moſis κατὰ τὴν διάνοιαν, per exprobrationem quandam accipienda eſſe, quod Moſes ceu ductor populi, illis de commeatu non tempeſtivè proſpexiſſet; eo tamen non valere videntur hæc, quantumvis egregia, ut in partes Viri maximi me pertrahant, præſertim cum videantur majorem non habere vim atque certitudinem, quam habere ſolent, quæ ex conjecturis petuntur. Sicuti & mera conjectura niti videntur illa, quod dicit conqueſtionem populi non cum interceſſione aliqua ad Deum tuliſſe Moſen, cum ſententia adverſa æque certa eſſe poſſit. Quod Moſes ſemper deſideria populi ad Deum cum interceſſione ferre ſveverit, minus verum videtur. conf. Exod. c. XV. v. 25. & c. XVI. v. 2. 3. 4. cap. XVII. v. 2. 3. 4. &c. quod indignantium deſperantiumque more carnem flagitaverint, non ſine ratione dubitatur. Præter alia id ſatis ſuperque probat ipſum Dei reſponſum Num. XI. v. 18. *Populo quoque dices ſanctificemini, cras comedetis CARNES, Ego enim audivi vos dicere: QUIS DABIT NOBIS ESCAS CARNIUM?* &c. item Pſalm. LXXVIII. v. 29. ותאותם יבא להם *Et deſiderium eorum attulit eis*. Hieron. Hinc concupiviſſe eos carnem, extra omnem controverſiam eſt;

acce-

accepisse vero eos carnem citata verba abunde confirmant. Quis vero contra tot & tam clara testimonia, atque expressum Dei verbum, dixerit Deum hominibus indignabundis & desperantibus, adeoque læsæ majestatis divinæ reis, tantum gratificaturum fuisse, ut quæ cupiverunt, petere vero dedignati sunt, à larga & clementi manu ejus tam promte acciperent. Profectò hac occasione notari meretur effatum Servatoris nostri Jesu Christi Math. cap. VII. v. 7. Luc. XI. v. 9. *petite & dabitur vobis.* Neque hoc in casu desperationi & indignationi magis locus est, quam in citatis modo capitibus Exodi, ubi varia populi ad Mosen postulata cum murmure commemorantur. Scilicet, quasi internuntius quidam Deum inter & populum fuit Moses, quorum sensa animi sui libere communicare poterat, usurus sine dubio lenioribus verbis, & ad cultum ac venerationem magis compositis, si cum Deo ipso loqui contigisset. Hinc diffidentiam & proterviam adversus Deum non præcisè inferre licet, ubicunque paulo incautius & imprudentius cum Mose sermones miscuisse Israëlitæ introducuntur. Prima ergo Hypothesis, à qua ceteræ dependent, hac ratione plane videtur infirmari, ut pro incerta ad minimum & maximè dubia haberi debeat. Sequitur

SECUNDA HYPOTHESIS.

Carnem quoque eorum nomine non petiisse Mosen, dum cum Deo expostularet. v. 13. 21. 22.

Respondeo: populum, petendo carnem, ansam suppeditasse Mosi expostulandi cum Deo. confer. v. 5. & 10. Non enim credibile est ob exhibitum *MAN* flesse populum, sed ob defectum carnis. Hinc v. 11. sollicitus & anxius Moses expostulare cum Deo cæpit de onere regendi populi, sine dubio propter defectum carnis tantopere expetitæ, ingravescente. Qua ratione vix inferri potest, expostulationem de carne præter rem accidisse, cum hæc fuerit causa præcipua conquerendi de ærumnoso ac intolerabili onere humeris suis imposito, quo se relevari, vel quacunque honesta ratione liberari vehementissime obsecrat.

TER-

TERTIA HYPOTHESIS est

Et quidem non carnem, qualem in Ægypto habuerant. v. 4. 5. 18.

QUARTA HYPOTHESIS.

Neque talem datam illis fuisse a Deo.

QUINTA HYPOTHESIS.

Neque talem quidem, qua etiam Mosi satisfieret.

Resp. Hæ tres Hypotheses utpote sibi invicem valde affines uno nobis negotio sunt perstringendæ. Etenim adstructa petitione carnis, ut modo audivimus, de qualitate ejus rectè quæritur. Ex supra dictis relinquitur, carnis desiderio adfectos fuisse Israëlitas, eamq; eorum nomine a Deo expetiisse Mosen, quod & David Ps. 105. 40. apertissimè testatur, dicendo: שאל ויבא שלו *petiit* (Moses) & *adduxit* (Deus) *Selav*. Neq; necessitate aliqua compellimur, ut veteri sententia relictâ, statuamus eos desperantium indignantiumq; in modum cum Mose expostulasse, adeoq; conquestos esse, quasi fieri nequiret, ut carnes sibi istis in locis exhiberentur. Theologi enim uno adserunt ore, â sensu literali non nisi gravissima de caussa esse recedendum. Fundit vero per se v. 4. & 5. sensum clarissimum & commodissimum, nimirum Israelitas flagitasse *carnem*, & quidem talem qualem habuerunt in Ægypto gratis, hoc est, *piscium*. Inde est, quod dicant: זכרנו את הדגה אשר נאכל במצרים חנם *Recordati sumus PISCIUM, quos comedebamus in Ægypto gratis.* Neque opus est intelligere, carni ovinæ & bovinæ eos unicè inhiasse, siquidem illius in castris copia tanta minimum erat, quanta adpetitui eorum sedando quodammodo sufficeret: quod satis superque colligitur ex responso Mosis dato Deo v. 22. הצאן ובקר ישחט להם ומצא להם *Numquid oves & boves occidentur, & sufficiet eis?* Verum cum facile constat, Ægyptum piscibus abundare, eosq; ibi vili emi pretio, teste Sandys Itin. p. 253. atq; eam ob causam iis edendis admodū adsvevisse Israelitas: minus mirum est, quod nunc in deserto, ubi vel rari essent, vel plane nulli, in memoriam præteritarum commoditatum & deliciarum redeant, adeoque eos sibi dari summo nisu contendant. Et conferri merentur verba v. 5. זכרנו את הדגה *recordati sumus PISCIUM*, cum verbis v. 22. his respondentibus

 להם

אם את כל דגי הים יאסף להם *aut omne OBSONIUM MARIS congregabitur ipsis:* quæ evidentissime innuunt qua in re desiderium eorum maxime luserit. Cum autem idoneis ad capiendos pisces instrumentis destituti essent, utpote naviculis, hamis, reti, nassis (erat enim in terra Gosen præcipuum eorum munus pascere greges) per se efficere non poterant, ut saturarentur piscibus. Quocirca Deus, ut Mosi & populo satisfaceret suamque omnipotentiam declararet, mota tempestate, piscium tantam excitavit molem, quanta requirebatur ad tegendum bicubitale spatium in circuitu castrorum, itinere, diei huc & itinere diei illuc.

Porro quod dicatur talem carnem, qualem expetebant, illis non fuisse datam, neque Deum, ut daret, obstrictum fuisse, omni dubio non caret. Quin potius veram & genuinam eos accepisse carnem, quæq; adpetitum eorum sedarit, sequentia Scr. sacræ loca clarissime evincunt. utpote Psal. LXXVIII. v. 29. qui superius pro adstruenda Israelitarum concupiscentia allatus est, ותאותם יבא להם Tremell. *& quod cupiverunt illi, attulisset eis.* addatur v. 30. οὐκ ἐστερήθησαν ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῶν: *non sunt fraudati à desiderio suo.* conferatur & Ps. CV. v. 40. *petiit, & adduxit Selav.* nec non responsum Dei Mosi datum Num. XI. v. 18. *Populo quoq; dices: Sanctificemini: cras comedetis carnes, ego enim audivi vos dicere, quis dabit nobis escas CARNIUM?* item v. 20. עד חדש ימים עד אשר יצא מאפכם *usque ad plenum mensem* (comedetis) *usque dum exeat è naso vestro.* Fateor Deum non obstrictum fuisse seditiosis Israelitis carnem dare, qualem expeterent vel fortassis in animo haberent, verum carnem qualemcunque licet esu ingratissimam, in furore suo illis dare potuisse. Quod Deus hoc facere potuisset, de eo non ambigitur, sed quod factum sit, hoc est quod negatur. Quî enim credibile est Israelitas, si spe sua excidissent, adeoque carnem, qualem exspectabant & flagitabant non consecuti essent, ejus edendæ adpetitu tam voraci & inordinato ductos fuisse, ut prius non sedaretur, quam exiret caro è naso eorum: quin verosimilius est eos pro more suo, cum se illusos viderent & frustratos, præ indignatione talem carnem ne degustare quidem voluisse. Proinde cum talis inordinatus adpetitus rei non expetitæ concipi

cipi nequeat, absque miraculo, quod ſtatuere præter neceſſitatem etiam Magno Ludolfo diſplicet, adeoque dicatur, Deum per abſolutam potentiam præter conſvetum naturæ ordinem talem iis impoſuiſſe, non intelligi poteſt, quomodo hæc cohæreant. Deniq; notandum eſt: cum oves & boves in caſtris habuerint, non adparet ratio, cur locuſtarum tantus fuerit adpetitus, quippe quarum caro à bovina vel potius ovina non multum abeſt. Id quod colligitur ex reſponſo Rab. Ananiæ Fezzani è Mauritania anno 1688 dato ad interrogationem clariſſ. Ludolfi. Videatur inprimis commentarii p. 176. n. 44. ubi verba laudati Rabbini ita ſeſe habent: שאלתי להרבה אנשים שהיו אוכלים אותם מה היו טעמם ואמרו לי שהם יותר ערבים מבני יונה ובשמעו כדברים האלה חלה פני לכתוב הדברים האלה בספר למען יעמדו ימים רבים. Quæ hunc in modum transferuntur: *Interrogavi multos homines comedentes illas, quis esſet ſapor illarum? & reſponderunt mihi: multò ſvaviores eſſe pullis columbarum. Cum hæc audiſſet (*Ludolfus*) obteſtatus eſt me ut hæc ſcripto confirmarem ad perpetuam rei memoriam.* Hoc poſito, ſed non conceſſo, ſequitur ſaporem locuſtarum eſſe ſvaviorem pullis columbarum: neminem autem fugit carne columbinâ á non paucis molliorem & delicatiorem haberi & bovinam & ovinam, ut vitulinam ceu longe teneriorem taceam, cujus antea facultas ipſis erat, atque inde etiam difficulter percipitur, quod locuſtas tanto ligurierint adpetitu. Deinde quomodo quæſo ſibi conſtare poterit, homines ſupra ſexcenta millia, exceptis liberis & mulieribus, adeo hac carne ſaturatas fuiſſe, ut de naſo eorum exiret, cum non niſi exiguum ſit carnis, quod habet locuſta, capite, alis, pedibus, extisque abjectis, adeo ut pondus reſidui, quod comedi poteſt, vix uni reſpondeat ſcrupulo, vel tertiæ parti drachmæ, conceſſo etiam, quod Deus Iſraelitis tum ſpecies locuſtarum inter edules maximas admiſerit. Conferatur figura B. à clariſſ. Ludolfi comment. p. 177. deſumta, quæ tamen, ipſo fatente in Diſp. Part. I. pag. 2. *juſto craſſior à pictore facta eſt.* Extra omnem vero controverſiæ aleam poſitum eſſe arbitror, imo experientia quotidiana firmatum, hominem ex iis ciborum generibus, quæ propter raritatem vehementius adpe-

adpetit, tantum comedere ad minimum poſſe, quantum quatuor marcis noſtris, vel quod idem, libris quinque & ſemibeſſi reſpondet, numeratâ marcâ ad ſedecim uncias, vel libra ad uncias XII. quibus quinq; libris multiplicatis cum 12 exſurgit ſumma cum ſemibeſſe ad uncias ſexaginta quatuor. Conſtat autem quælibet uncia, ut notum eſt, octo drachmis; multiplicentur jam ſexaginta quatuor cum octo, & reſultabit inde numerus 512. Quo iterum aucto cum tribus, cum quælibet drachma contineat tres ſcrupulos, fiet tota ſumma 1536 ſcrupulorum. Hinc conficitur, ut ad ſedandum adpetitum, 1536 locuſtis indiguerit hominum quilibet, ſi vel maxime ſtatueretur pondus cujuslibet locuſtæ exenteratæ & purificatæ reſpondere ſcrupulo uni. Nec enim avicula eſu nobis familiaris, Gråſiſka Svetice, Linaria rubra Lat. dicta, drachmæ unius pondus, cum butyro aſſata, ſuperat. Quantum vero tædii, quan-



tumque moleſtiarum devorandum eſſet, antequam præparari poſſet totus locuſtarum numerus, haud difficile eſt colligere, imprimis cum iis edendis jam quisque inhiaret. Ego vero facile crediderim populum Iſraeliticum moræ impatientiſſimum in tali caſu vix murmuratione abſtinuiſſe. Et dubio caret, quod cum propter demiſſum ſibi *Man* ſubmurmurarint, quod tamen ut ſemen coriandri fuiſſe fertur, & color ejus ut color Bdellii, quin convitiis inceſſerint Moſen, cavillatique fuerint, ſe

ab

ab eo delusos, cum locustas, animal horridum & insvetum, pro tantopere exspectata carne sibique promissa, dari cernerent. Deinde gratis dicitur analogum carnis datum esse, cum vocabulum בשר carnem proprie denotet. Esse autem propriè carnem non operosum erit demonstrare. vid. Exod. c. XVI v. 12. בערבים תאכלו בשר ובבקר תשבעו לחם h. e. *ad vesperam comedetis CARNES & mane saturabimini* panibus. Profecto non existimandum est, frustra heic a Deo ipso exhibitam esse distinctionem inter בשר & לחם, cum לחם generali aliàs significatione non tantum carnem includat aliaque opsonia, sed & omnia quæ ad sustentandam alendamque hominis vitam requiruntur. (ut ברה Heb. bröSvet.) vid. Lev. XXII. 12. Hos. IX. 4. &c. Hinc infertur vocabulum hoc בשר tam in oppositione ad לחם quam absolute positum, *carnem* propriè sic dictam significare. Addo ὡς ἐν παρέργῳ, quoniam caro hæc statuenda est piscium, quod partim ex prioribus patet; partim ex iis quæ sequentur, quoad fieri potest, demonstrabitur; mihi non incongruum videri, בשר ad vocabulum gothicum *Visser* sive *Vister*, referre, quod carnem significat, unde 1. Sam. c. XXV. Bibl. Isl. Skal eg taga mit braud/ vatn og *vister*, sem eg hefe slæted. h. e. *Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & CARNES pecorum quæ occidi* (omitto hîc analogiam soni inter בשר & fisker Goth. *piscis* Lat.) Et hinc boßhar sive boßhart, caro; in lingva illa ficta Rotvalensi, cujus elementa tradit Schotelius Lingv. Germ. Lib. V. Tract. 5. p. m. 1262. &c.

Tandem perquam debilis est illatio, Israelitis datum esse analogum carnis quemadmodum analogum panis, hoc est *Man*, iisdem datum legimus. Mehercule dispar admodum est ratio. Nemo enim se frustratum queretur, qui dum panem ab aliquo petit, similam accipit, vel pro avena triticum, ex quo præstantissimi panes conficiuntur. Si vero eidem piscem petituro vel ovum, serpens vel scorpio porrigeretur. Luc. XI. v. 11. 12. utique sibi satisfactum esse non adfirmabit; idemque eventurum auguror, si pro expetita carne, locusta edenda exhiberetur.

Ultimò concedente ipso Ludolfo, ignoti nullam esse cu-

pidinem ex citato loco Psalm. LXXVIII. v. 29. ad hypothesin primam: ותאותם יבא להם *& quod concupiverint illi, atulisset illis*, colligo, locustis non esse locum. Quomodo enim tam horridum concupissent animal, de quo antea nunquam comederunt, quodq; tantas terræ Ægyptiacæ, ceu plagam cœlitus demissam, intulisse clades constabat: Exod. x. 15. Neque concipi potest, quomodo Deus, qui paulo ante terram Gosen propter Israelitas ibi tum habitantes, â locustis intactam & inviolatam præstiterat, iisdem jam gratificaturus & omnipotentiæ suæ pariter ac benevolentiæ signum exhibiturus, Locustas, â quibus toto abhorruerunt animo, edendas, ceu gratissimum ferculum, afferret? Quam procul hoc ab omni specie veri distet, quamvis sua luce radiat, fusius tamen adhuc in Sequentibus demonstrabitur.

Ad quintam Hypothesin verbo respondisse sufficit: nimirum, cum, quæ desiderarunt, consecuti sunt Israelitæ, quod ex modo dictis satis patet, sive petenti sive dubitanti Mosi satisfactum esse nemo non videt.

SEXTA HYPOTHESIS.

Hanc carnem fuisse cujusdam volatilis & quidem עוף כנף Psalm. LXXVIII. v. 27. *i. e. volucris alatæ, ex earum numero, quæ per Synechdochen generis pro specie* עוף *seu volatilia dicuntur & a* שרץ עוף *reptilibus volucribus non distingvuntur.* Levit. XI. 13. 20. Deutr. XIV. v. 19.

Respondeo, hanc Hypothesin per omnia benè se habere, gratularique me quam impensissimè Clariss. Ludolfo, quod in hac hypothesi demonstranda quam felicissime sit versatus. Scilicet esse hanc unam ex quæstionibus totius causæ maximè principalem, constat. Num *insecta* etiam possint עוף כנף vocari? Cujus adfirmativa si solide adstructa fuerit, bonum sive pro *locustis* sive *piscibus* exhibebit argumentum. Non adtinet neque vacat argumenta ejus exscribere, quibus demonstrat עוף nomen generis esse, & insecta volatilia non minus quam aves alatas comprehendere: כנף autem in specie ad *insecta* referri; quamvis non diffiteor, videri mihi כנף ad pisces eorumque alas seu pinnas potius referendum. Prostant illa magna copia in disquisitione ejus de *locustis*, quarum etiam particulam,

lam, quantum ad hoc negotium ſpectat, recenſui primis hujus diſſertationis theſibus: quo benevolum Lectorem remitto. Addo unum alterumve locum, qui ab illo videntur omiſſi, quique ad hanc rem illuſtrandam, meamque maxime ſententiam confirmandam, haud parum faciunt. confer. Gen: c. 1. v. 20. & 21. itemque 24 & 25. Ex quibus patet Deum, poſtquam cœlum & terram creaſſet, atque illud ſole, luna, ſtellis, hanc vero arboribus fructiferis, fruticibus herbisque ſementantibus ſemen exornaſſet, juſſiſſe, verſu ſcilicet 20. Ut aquæ progignerent ex ſeſe, primò שרץ נפש חיה h. e. *reptilia animantia*; poſtea ut עוף יעופף על הארץ *volucres volent ſuper terram*; inde ut volucres volent (nomen enim עוף cum verbo יעופף heic repetendum eſſe quisque intelligit) על פני רקיע השמים *ſuper faciem expanſi cœlorum*. Quibus verbis, ut autumo, inſinuatur qualecunq; diſcrimen inter aves ratione volatus. Experientia etenim oſtendit nonnullas veloces ferri per ſuperficiem terræ ambiguâ, inter currendum & volandum fugâ; quasdam vicinum terræ aërem alarum remigiis ſulcare; reliquas circa æthera impune verſari. Porro, quemadmodum in dicto verſu 20. facta eſt mentio iſtius ſolum aquarū progeniei, quæ ſupra terram verſaretur, ita in proxime inſequente 21. recenſetur aquarū tantum fœtus, qui in aquis remaneret. Ubi, cum inter תנינים הגדלים h. e. *cetos magnos* &c. referatur עוף כנף i. e. *volucris alata*, piſcem his vocabulis indigitari evidentiſſime conſequitur: ſiquidem dantur tales qui & alis inſtructi ſunt, & extra aquas longè lateque volare poſſunt. Præterea diſtinctionem inter עוף & עופ כנפ exhibent laudati verſus. Namque in v. 20. עופ dicuntur aves vel circa expanſum cœlorum volitantes, vel terræ propius imminentes. in v. 21. עופ כנפ piſces ſive volucres alatæ aquatiles. Aſt ſolius aquarum proventus mentionem in verſu 20 & 21 injectam eſſe, verſus 24. & 25. è diametro oppoſiti manifeſtiſſime comprobant, ſiquidem in his ſermo de iis tantum inſtituitur, quæ progigneret terra, quæque ſuper terram moverentur. Attendat vero quisque ad id, quæſo, quod notatu digniſſimum eſt, & ad totius controverſiæ deciſionem quam maximè pertinet. Nimirum in totis Bibliis Hebraicis bis tantum vocabula עופ כנפ conjunctim poſita reperiri, videlicet

licet

licet in sæpius citato Genes. c. 1. v. 21. & Psalm. 78. v. 27. ubi David miraculum à Deo erga Israelitas in deserto, pisces, quos in Ægypto gratis habuerant, adpetentes, præstitum recenset: suppeditando iis tantam *Selavarum* copiam, quanta bicubitale terræ spatium in altitudine operuerat. Id vero quod Moses laudato loco, שלו, *Selav* vocat, David per periphrasin עוף כנף *hof canaf* appellitat, non mutatis vocabulis עוף כנף Gen. c. 1. v. 21. ubi de piscibus tantum agitur. Quo certius fortiusque argumentum pro nova de piscibus sententia, iisque volucribus, cum reliqui, prædicatis צנפיר וקשקשת h. e. *pinnis* & *squamis* ab his distingvuntur, meo judicio dari nequit.

Rationes vero aliæ, quæ tam sententiæ Magni Ludolfi aliquid roboris addere, quam meæ pariter novæ patrocinari opinioni videbuntur, quanta possum brevitate adferam. Petuntur illa ex sæpe citata lingva Gothica. Est enim Hebræum עוף idem atque Gothicum Hof/ hop/ huof/ jup & vof. Run. Goth. Ver. Lex. &c. levavit, elevavit, in altum ascendit, volavit, vibravit, oberravit. huapa Run. Goth. avium more salire. hopa item salire, saltare, exsilire. Hinc עוף *avis* Lat. *afais* Britann. *ave* Hisp. &c. Verum ut עוף Hebr. non tantum volare significat, sed etiam cito pedibus ferri, currere &c. Sic & Goth. hof/ vof/ hop. Unde hop & hope Run. Goth. equus, equa, ἵππος Gr. Hepo & Opas Finn. atq; Lap. Nobiliss. Gyldenst. Wex. Ep. Sv. & Florin. Nomencl: Unde Gräs-*hopa*, Svet. quasi שרץ עוף Hebr. locusta; Hopper Teut. Kil. id. Knut-*hopa*, rana; hupling Teut. Kil. &c. Hincque constat vocabulum עוף sive hof vel hop Goth. æque denotare insectum vel animal saltans, currens, seque in altum nonnihil elevans, ac aves plumatas, quæ nomine צפור Hebræis ut plurimum speciali appellatione notari solent.

Sed quomodo quæso, עוף piscem significabit? imo eandem ob causam piscis omnis, qui celeriter pinnis suis in aquis fertur, עוף dici potest, in specie autem eo nomine insigniri debent omnes pisces volantes. Sic Hæf Goth. & hæfe est piscis, in specie vero caper marinus. Run. Goth.
Hæf-kal piscis magnus. ibid.

Hæfi-

Hæsi-ner, piscis minor.
Vup/ unde diminut. vup-se asellus. an over? Dan:
Giebe & Giepe Svet. Dan. & Isl. piscis, unde Horn-giebe Dan. Horn-giepe Cimbris & Belgis. idem ac Horn-fisch Germ. Acus sive Belo Plin.
Gobio Lat. vel Cobio Plin. κωβιὸς Græc. Goeb Teut. an Cabòs Lusitan. Chubi Chin.
Kube/ Kobe & Cobe Schonev. p. 49.
Meergoeb s. Meergob Schonev. p. 36.
Kuap sive Quapen Germ. unde Elf-Quapen/ Eider-Quapen/ All-Quapen Dan. Quill-Quapen/ Maer-Quapen.
Apua vel aphya lat. piscis minutissimus. ἀφύη græc.
His accedunt *Ivo* Japon. piscis.
Ivo-torri, piscator.
Ivo-quite, piscis frustum,
Toxi-Ivo, siccus piscis.
Aô & cáaô Chin. piscis.
Ao, iisd. piscina. &c.

Ex hisce videtur Quap seu Kuap/ Hæf/ Gof/ & forte Gusa &c. idem esse. nam & Gusa Goth. piscis marinus omnis visu rarior, dicitur. unde haf-gusa monstrum marinum, virgo marina, Siren. Sed concedat aliquis עוף & Guf/ Gob/ Kuab/ Gieb/Gufa/Hæf/&c. unum idemque esse; dicat tamen non percipi posse quomodo עוף כנף piscis sit, cum avem alatam, seu insectum alatum vel maximè denotet. In ejus gratiam respondeo in vocabuli כנף veram & genuinam significationem diligentius esse inquirendum. Descendit enim hoc à gnafa/ gnapa vel gnæfa Run. Goth. Ver. Lex. &c. (Hebræi enim hoc verbum non habent) h. e. in altum ascendere, assurgere, eminere, elevare se, &c. ut Fiällen *gnafa* hætt/ montes in altum assurgunt; Fiallit syndist monnum yfer-*gnapa* odrum fiollum. Ol. Tryggv. S: c. 45. videbatur rupes longè eminere super reliquas rupes. Hinc hnap vel hnaf/ ala, axilla; unde & hnepa Run. Goth. quantum brachia vel ulnæ coarctare atque amplecti possunt. Hnæfa/ manus, ceu ala hominis.
Þio-knaper/ alæ femorum.

Knaf it. branchia seu ala piscium, hinc
Feiknafaner branchiæ, ut & alæ piscium majorum quibus in aquis, quam citissime feruntur & quasi volant. Run. Goth. Notandum præterea, quod quemadmodum כנף apud Hebræos notat extremitatem vel fastigium cujuslibet rei, sic & Knap vel Hnaf Goth. ut Berg-knap atque Berg-knipa, cacumen montis. *Cnap* Britann. *Cnæp* Anglos. id. unde Gnæf vel Gnafe Hervar. S. in vertice & præcipitio constitutus.

SEPTIMA HYPOTHESIS.

Has volucres alatas vento quodam fuisse de superficie vel ora maris adductas, dum ei incumberent.

OCTAVA HYPOTHESIS.

Easdem ingenti copiâ quaquaversum quasi itinere unius diei hinc: & itinere unius diei illinc circa castra disseminatas. Sic ut toto illo die, & tota nocte, & toto postero die colligentibus sufficerent. v. 31. 32. *Et cibum vel in mensem præberent.* v. 20.

NONA HYPOTHESIS.

Copiam earum quoque ex mensura describi, nempe decem חמרים chomarim. v. 32.

DECIMA HYPOTHESIS.

Easdem denique circa castra expansas fuisse diligenter. v. 32.

Ad septimam Hypothesin, cum nobis non adversetur, parum habemus, quod moneamus; sed in sequentibus tamen fusius erit deducenda, nisi quod id hac occasione monendum sit, sententiam de trajectu seu translatione *SELAVARUM*, videri nobis vel eo nomine minus probabilem, quod *τοῦ* מ vel מן Hebr. præfixi vera & genuina acceptio eandem non admittat. Numquam enim hoc ipsum *trans* significat: probatur illud exinde, quod inter multas admodum & plus quam quadraginta diversas in Scriptura acceptiones (quas in ordinem retulit, & exemplis illustravit concordantiarum particularum dili-

diligentisſimus ſcriptor Chriſtianus Noldius) hæc ipſa ſignificatio non reperiatur.

§. XII.

Antequam ulterius progredior, eorum ſententia, qui שלו *Selav* avis aliquam ſpeciem, inprimis vero Coturnicem fuiſſe ſtatuerunt, ſub examen diligentius mihi eſt revocanda, unde demum adparebit, an adeo abſurda hæc ſit, ac ab omni veri ſpecie plane abhorreat, prout â nonnullis, in primis vero Doctisſimo Ludolpho, tam in commentario ejus ad Hiſtoriam Æthiopicam, quam in diſſertatione de Locuſtis, venditatur. Argumenta quibus utitur, plura quidem ibi reperiuntur, at eorum, quæ maximum momenti & ponderis habent, præcipue ſunt ſequentia. Primum eſt: tantam avium copiam, *coturnicum* maxime, uno in loco nunquam reperiri; nedum repertam eſſe. *Tot enim*, inquit Comment. p. 187. *Coturnices vel aves proprie dictas, naturaliter in aliquo quamvis ampliſſimo terræ tractu dari, plerique interpretum merito non credidere, ideoque SELAVAS vel noviter a Deo creatas, vel inter colligendum miraculoſe multiplicatas cenſerunt.* Secundum: conceſſâ ſeu multitudine, ſeu inter colligendum multiplicatione avium, omnem tamen fidem ſuperare, reclamante inprimis experientia quotidiana interpretumque unanimi conſenſu, coturnices in tantam altitudinem coarcervatas, illico non emori aut ſuffocari. Tertium: neque majorem mereri fidem, quod quaſi immobiles & ſoporatæ humi jacuerint, ut caperentur.

Ad ſingula hæc momenta diſtinctè & ſingulatim eſt reſpondendum. Primum itaque quod adtinet, haud firmiter concluditur, non concipi poſſe absque miraculo, tantam avium copiam, quanta hic requiritur. Etenim teſtabuntur mecum, quicunque regiones plagam verſus ſeptentrionalem ſitas, Botniam imprimis occidentalem Norvegiamque itineribus permenſi ſunt, ſe partim hauſiſſe auribus, partim oculis uſurpaſſe, quod iſto, quo deplumantur, tempore, aves marinæ vel aquaticæ in terram & continentem ſeu tempeſtate ſeu canibus aquaticis coactæ, ab incolis, contis & quibuscunque inſtru-

men-

mentis trucidatæ & percussæ, numero prorsus infinito capiantur. Nec desunt nobis hoc in negotio testimonia plurium scriptorum fide dignissimorum. Videat qui volet, autorem Typagraphiæ Daniæ ex Danica in Germanicam linguam a Christiano Steinkuhl conversum; cujus verba cap. 3. p. 15. hæc sunt: Sie schlagen sonsten auff selbigen insulen (feroe) viele zeehunde und haben danebenst grossen nutzen von vogel und federn/ wie es den unter andern wilde gänße in **sehr große månge** giebet/ alßo daß wan sie Sommer-zeit ihre federn feilen und nicht fliegen können/ ein Bauer auff einmahl wol 50 und 100 fangen kan. Quod si unus rusticus, uno die, & una collectione (plures enim de die haberi collectiones poterant) 50 vel 100 captaverit, quam innumeras & infinitas plane centies mille Israëlitas per biduum colligere potuisse aves, existimandum est. De eadem re ita disserit Joh. Ludovic. Gothofrid. Ambergens. in historia antipodum *appellentes ibi* (in insulas Pinguinas) ingentem volucrum copiam *invenerunt, quas mergos nominabant, harum avium 130 aut 140 fustibus & contis cæsas secum ad naves attulerunt.*

Ast prorsus egregia sunt quæ adfert Oliverius van den Noort in Hist. Nov. orb. l. 2. part. 9. p. 52. *Harum ergo volucrum* (pinguinarum) *ut & piscium* (kuabben) tantam *inde* copiam *adduxerunt, ut struendis navibus fere satis essent. Volucres istæ ad volatum ineptiores, duas exiles alas expansis pellibus similes ostendunt, anseris magnitudine sunt, & victum ex Oceano quærunt. Harum MULTAS MYRIADES in terra prehendere licet, tum inprimis, quando ovis incumbunt excludendis. Ad hanc insulam aliquoties venatum egressi, istarum avium ultra 5000 cum ovorum inæstimabili numero advexerunt.* Addatur Samson. d Abbe ville erdkugel p. 10. daß waßer geflugels gibt es auch einer **solche menge/** daß auff einmahl über 30 0 sind gefangen worden.

Joh. Straußens reise p. 9. vogels und ungezieffer gibt ein unzeliger menge.

Oloff Ersons Will mans resa A. 1653. den 1. Junii. som war pingesdagen/ gingo wi förbi ön ascension, och sågo thei **oräckneliga många Siöfoglar.**

m

Johan de Laet in descriptione Americæ p.m.252: *in eisdem montibus volatilium* infinita copia *cernitur, quæ GREGATIM statis tempestatibus Arctoas partes petunt.* p. 532. *Ibi avium omnimodarum, præsertim perdicum & palumbium* ingens numerus p. 575. ubi Laros & Calcamar aves ea reperiri copia dicit, *ut penè incredibile videatur.* & pag. 407. *in fluviis quoque & paludibus reperitur hic INFINITA COPIA AVIUM.*

Dampier Voy. p. 112. *Il y a des penguins dont j' ai veu une* abondance prodigieuse. p. 84. *l' Isle de Flamingo, a cause de la* prodigieuse quantité *de ces Oiseaux.* Nec mittendus omnino est Nicol Matth. Itin. c.3.p.3. Här (på upfarelse hölmen) är intet annat ibland stenarna och sanden at finna än en **stor myckenhet** af sköldpaddor och stora **Fiskemåsar.** It. Joh. Straussens Reiße p. 9. **Vogels** und klein ungeziefers gibts ein **unzähliger menge.**

Porro non plane nullius sunt momenti oppositiones, quas sibi objectum iri animo præsagit Ludolfus, cum comment: p. 187. ita dicit: *Verum enimvero exaggeret mihi aliquis ex* Varrone de re rustica *IMMANEM COTURNICUM NUMERUM. Narret e Diodoro, EARUM GREGES INTEGRAS; & ex Plinio & Solino firmiter asserat, quod velis INCIDANT & NAVIGIA MERGANT.* Item *quæ Gesnerus ex Flavio Blondo narrat: in Antiatum littore redeuntibus primo vere Coturnicibus intra quinque millia passuum capi nonnunquam UNO DIE CENTIES MILLE.* Tot scriptorum consensus pro multitudine avium adstruenda, tantum utique apud doctissimum Ludolfum valere debebant, ut illum vel non plane sperneret, vel pro vano & falso non haberet. Eorum sententiæ adducta modo a me exempla multum patrocinari nemo non videt: verum si veterum scriptorum testimonia Magno Ludolfo sordeant (quod æquum non est, in eruenda præsertim veritate rerum a nostro tempore longissime remotarum) præter modo allata antiqua & nova, audiat & novissima. Quorum sane egregium exhibet Maximil: Misson, in itinerarii sui, quod cum singulari diligentia & accuratione conscripsit, *NOUV. VOYAGE D'* Italie dicti Tom. III. p. 57. pour revenir a notre chasse, je vous diray encore qu' il n' en est pas des cailles comme des perdrix: quand le printemps approche, il en vient des volées d' Afrique, qui *couvrent tout le païs.* Ces pauvres petits animaux sont

 si fa-

si fatiguez de leur grand voyage, *qu' ils se jettent sur les navires* & se reposent par tout où ils trouvent à mettre le pied. *On les prend presque comme on veut.* Mihi per omnia satisfecisset accuratus & judiciosus plane scriptor, si adjecisset modum, quem in capiendis coturnicibus isthac tempestate in Italia observarint incolæ. Aliqua, quæ istum tangere quoddammodo videntur, adducere censeri potest in tomo tertio Itinerarii, quem *Memoir pour les Voyageurs* inscribit. Ubi in pag. 200. hæc comparent verba: Ceux qui seront à Rome au tems de l' arrivée des cailles, feront bien d' aller passer deux ou trois jours vers Ostie, ou vers Prattica, sur *le bord de la mer*: hanc sine dubio ob caussam, ut fatigatarum lassarumque coturnicum in ripas accessum advolatumque spectando delectationem aliquam voluptatemque capiant. Hinc portum, Cerigo duodecim milliaribus distantem, propter infinitam coturnicum multitudinem, quæ ibi ab incolis capiuntur, ab eisdem nomen *Porto delle Quaglie* seu *coturnicum* accepisse, recte iudicat Illustriss: Dn. Nicol. Christophor. Radzivil, in Peregr. Hierosolym. Epist. 4. p. 256.

Nec minorem perdicum numerum in insula Chio conspectum fuisse testatur Sandys in Itin. p. 29. verbis sequentibus. Die feldhüner sind hier gemein/ deren sie eins **unglaubliche Zahl** haben/ so grösser als die unsrige. & Andr. Muller: Greiffenhag: disquis: Geogr. p. 23. *ut a gelidis montibus regni Thebat, mense Majo gregatim & per acies,* infinita *prope anserum sylvestrium* agmina *advolent.* nec non Jons Lauritzon Wolff. Norrig. illustr. p. 25. of loed sine folck fange en stor **hab fugle** som kom udi hans leyer &c. it. p. 198. om sommeren fanges der oc hoos dem mange wildgiæs oc gragiæs/ thi naar wildgiæßene felde deris feder/ da kunde de icke wel fliuffe/ eller dycke wel under wandet/ som andre Ender eller hafffugle: huorfore at mand undertiden kand wal fa 50/ ja wel 100 wildgiæß udi en ferd. Et, ut taceam la *chasse des becassons*, sive aucupium vel venatum rusticularum avium in Ægypto (qui in Januario incipit & desinit in Martio, quo tempore *myriades avium* comprehendi certum est. videsis Thevenot voyage de Lev. l. 11. cap. 72. p. 790. aliosque) allata testimonia satis valida esse

arbi-

arbitror ad infirmandam ſententiam adverſam, quâ ſtatuitur non niſi miraculoſe dari poſſe tantam avium multitudinem, quæ ſatiandis Iſraelitis tum in deſerto vagantibus ſufficeret. vel ruſticus ille contrarium dicet, qui ſemel 100, aut ad minimum 50 collegit, ut adeo totum annum pro ſe ſuisque alendis alia vix carne indiguerit.

Nec ſecundum argumentum, quo negatur, aves in altitudinem cumulari poſſe, niſi ſuffocentur, nimis firmo videtur ſtare talo. Etenim, ſicuti nobis produnt hiſtoriæ & Itineraria, ſi recte memini, pulli gallinarum apud Ægyptios, non omnes quemadmodum apud nos, ab incumbentibus gallinis, excluduntur, ſed in fornacibus arte calefactis: excluſique, prout ſunt recentes & teneri, in menſuram certam fundo deſtitutam, unus ſuper alterum injiciuntur; quâ menſurâ repletâ atque allevatâ, pulli affatim per os ejus inferius elabuntur, ementibusque certo pretio proſtant: eorum autem cum nullus mortuus conſpicitur, argumento ſane validisſimo eſt, poſſe etiam aves ſine diſpendio vitæ, in altitudinem ad momentum temporis cumulari.

Neque tertium argumentum, quod aves nunquam jaceant humi & immobilium inſtar ſoporatarumque ſinant ſe capi, tam firmum eſt, ut nullis concuti queat rationibus; unde nec coturnices, aliasve aves minores menſurare, abſonum. Producatur tantum autoritas eorum, qui contrariæ ſunt ſententiæ. Etenim perplurimi ſunt, qui teſtantur quasdam eſſe aves, quæ a quovis homine absque aliqua difficultate capiuntur; præterquam quod conſtet multa millia coturnicum tempore inprimis Veris, in Italia aliisque regionibus facili negotio comprehendi & captari. Conf. ſaltem modo laudati Miſſons voyage l. c. ubi hæc quoque leguntur *on les prend presque comme on veut.* h. e. quisque eas (coturnices) pro lubitu capit. It. nouv. Voyage du Nort p. 292. y virent des oiſeaux qui pour leur groſſeur à peine pouvoient voler. & Joh. de Laet deſcr. Amer. p. 407. *gallinazæ aves tantopere ſe ingurgitant, ut licet velociſſimæ per ſe ſint, ſe a terra levare non poſſint.* id. p. 515. *Ingentes hic lari, in naves ultro deſcendebant, & ſe a nautis prehendi & mactari patiebantur.* & p. 575. *Calcamar columbæ magnitudine, ſed*

VOLANDI NESCIA. Merian. hist. Antipod. p. 347. pinguins vogel die nicht fliegen können. Conf Sibaldus in Scot. illustr. de ansere Bassano Part. 2. L. 3. c. 6. p. 20. & p. 21. & 22. ubi dicit quod *colca avis Vere deplumetur, tumque se in mare recipiat.*

Nils Matßons/ från Kiöping/ Resa/ c. 3. p. 3: På vpfarelsens holmen finnes en stor myckenhet af Skiöldpaddor och **Fiskmåsar**/ hwilka låta taga sig med händerna/ och woro intet skygga. it. p. 12. wid Cumba de tristan war intet annat til finnandes än som en **stor myckenhet af Fiskemåsar**/ hwilcke intet fruchtade för någon menniskia/ utan wore hel spake. Dampiers voyage Tom. 1. c. 3. p. 59. la boubie est un oiseau aquatique fort simple & qui ne s'ote qu' á peine du chemin de gens.

Oloff Erichsons Willmans Resa p. 197. Wid Hosacka sågo wi några tusende wildgäß och andra foglar/ men the wore alla tamma. Plura in hanc rem coacervare loca non vacat, neque pluribus opus est. Attendamus insuper ad ea quæ loquitur Clariss: Ludolfus in dissert: part. 11. p. 59. dicendo: Idem objicere possumus Josepho ejusq; sequacibus, quod שלו in ulla lingva *coturnicem* significaverit unquam id prius aliqua verisimilitudine probandum fuisset, antequã locus iste sic redderetur. Certe Mexicanorum *ZULIN*, *coturnix*, quod in Joh. Laet. descr. Americæ p. m. 241. comparet, ab Hebr. שלוים non multum distat. Præterquam quod & huic affinia sint *CAILLE* gall: *qualea* Barbar: *Quaglia* Ital: *Quiscula* vulg. *Sofliar* Brit: *Quayl* Angl. *Coturnix*. Præterea ex avibus marinis multæ sunt, quarum nomina & appellationes Hebr: שלו contingunt, utpote *Sluyf* Teut: Kil. boscas avis ex anatũ genere; *Salian* Indis, avis Indica galli Turcici magnitudine: *Sula* Goth. *Schealphe* Anglos. mergus, avis aquatica. *Selningr* goth. nomen tenuissimæ avis, quæ in litoribus frequens est. *Svala* Goth: *Schele* Teut. *Schwalw* Germ: hirundo. *Scheller* Germ: corvus montanus. *Scholfer* avis fluv. In sole denique assari & torrefieri posse coturnices aliasve aves negat magnus Ludolfus; probat vero & confirmat mos & consvetudo septentrionales plagas inhabitantibus recepta, qui non pisces tantum, sed etiam aves & carnes quadrupedum, ut cervorum, rangiferorum &c. hoc modo in diuturnos usus præparare consveverunt. Unde Topogr. Norv. p. 15. das ein bauer auff ein mahl wohl 50 und 100

(wils

(wille gänße) fangen kan/ welche er dann alle zu gleich so fort bratt/ und in den **wind zu dörren** aufhanckt. Insönderheit sein zweyerley art vögel eine lyer genant/ so sehr feist/ die andere strab/ - welche sie **dörren** und an stadt des brodz gebrauchen. Jons Wolff. Norvegia illustrata, p. 198. Alle de fugle/ som de fange paa en dagz tid/ dem allesammens stege de strax pa en tid/ oc **tørre dennem siden udi winden**/ oc sa förware dennem lenge/ at de kunde bruge dennem til spise naar som dennem lyster. Der er ocatskillige andre slagz fugle oc i synderlighed to slags/ den enes slag kalder man lyer eller **lye**/ hwilke äre ofwermade fede / det andet slags kaldes **strab**/ hwilken hafwer hart och tört kiött/ den **fugels kiöd tørre** de och bruge det i staden för bröd. Tandem nec vetustissimam interpretum Judaicorum eosque sequentium sententiam ab omni specie veri alienam, adeoque absurdam prorsus & futilem esse, quamvis sustineant coturnices aliasve ejusdem naturæ aves duorum cubitorum altitudine super terram *gregatim* volasse, & non *cumulatim* super eadem coacervatas fuisse, satis evincere videtur humilis ille coturnicum aliarumve nonnullarum avium volatus, præcipitis fere cursus æmulus. Qualem humilem volatum *Lagopodes* nostras svet. Snöripor in Alpibus Laponicis frequentes, ordinarie servare ipsimet, ista loca peragrando, haud semel didicimus. Hinc recte Doctiss: Gesnerus de Avib. libr. III. p. 576. *Lagopus malè volat.* Nec umquam, quod addo, arborum cacumina petit, nisi dum volare pullos suos edocet. In re simili nobiscum etiam facere videtur curiosissimus rerum Indicarum scriptor Joh. de Laet Libr. XVI. c. 13. p. 616. dicendo: *Sunt & hic* (in insula Maragnana) *aves quædam,* quæ magis supra terram feruntur, *quam volant; qualis illa, quæ a Barbaris vocatur YANDOU, Struthiocamelorum, uti videtur, species & proceritate corporis staturam humanam superans, maximæque velocitatis.* Et *SALIAN Turcici Galli magnitudine, rostro & cruribus Ciconiæ, quæ licet* volare nesciat, *tamen tam perniciter currit, ut venaticos canes effugiat.* Sed rem propius tangit auctor noster sequentibus ex Lib. I. c. 11. p. 13. *Avium* (in insula Cuba) infinita pene multitudo, *psittacorum, palumbium, turturum & PERDICUM: -- pe-*

culia-

culiaris huic insulæ avis est, quam Hispani FLAMENCO vocant, grui formâ non absimilis, junioribus plumæ candidæ, ubi adoleverint, elegantissimorum colorum mirâ varietate distinctæ, haud alte subvolant, gregatim degunt, & juxta litora, *atque in* ipsis marinis fluctibus *victum quærunt, salsis undis ita assvetæ, ut quum ab Indis domi aluntur (nam & cicurantur) sal potui ipsarum necessario admisceatur. Est & aliud genus avium hic valde frequens, BAMBIAYAS vocant,* quæ paulum supra solum feruntur magis quam volant, ita ut incolæ instar ferarum illas venentur, *carnes illarum coctæ jus croceo colore inficiunt,* saporis *alioquin* pergrati, & phasianarum avium æmuli. A quibus haud aliena refert Olaus Magnus de avibus lib. 19. c. 21. *Hanc* (avem pluvialem) *gravibus baculis venantur aucupes quos altius in aërem ad deterrendum eam jactant, ut ita avem* ad ima volantem & *fugientem acquirant* ibid. c. 20. *In eo lacu* (albo) *tanta multitudo* (avium *alle* dictarum) *reperitur; ut quasi* spatiosa littora, & vasta flumina cooperire *videantur, præcipue corvi marini, sive cornices angvillarum, morfices ac mergi, anatesque duarum specierum, & cygni, præterea* minuta aquatilia infinita. *Hos igitur corvos, & reliquas inexplebiles aves, venatores facilius* ob gravem tardumque volatum duobus vel quatuor cubitis super aquas elevatas, *capiunt. Quod necessario avibus illis evenit* ob gravem tardumque volatum, *quem recto & lineari motu servant institutum.*

Allata pro coturnicibus argumenta mihi adeo videntur firma, ut nisi gravioribus inductus suspicarer, שלו *colluviem* quoq; piscium notare, & synonymum ejus עוף כנף inter pisces poni, rotundè adseverarem esse Coturnicem, svadentibus id ipsum rationibus perplurimis, iisdemque haud è trivio petitis. Multa enim casu naturaliter eveniunt & accidunt, quæ judicatu difficillima sunt, adeoque incredibilia sæpe habentur. Unde egregiè prorsus & consideratè Misson voyag. d' Ital. tom. 1. lettr. 6. p 56. in hæc verba erumpit. Quoi qu' il en soit, la plus part du monde croit ici l' histoire des rats, comme quelques uns aussi la traitent de chimére. Il y a de la précipitation & de la légereté à recevoir trop avidément ce qui tient du prodige; mais on peut bien pécher aussi, par une trop

trop générale incredulité. Si l' histoire sainte nous fait voir un Pharaon chargé de poux, & de grenouilles ; & un Hérode devoré des vers ; pourquoi se hasteroit on de traitter de fable un autre événement pareil? il est arrivé des choses plus surprenantes, dont personne ne doute.

His ad liquidum perductis, ordo exigit, ut totam de Selavis historiam, ad pisces optimè adplicari posse demonstrem. Nimirum eos absque miraculo vel nova creatione, numero inæstimabili dari ; gregatim ingentibus agminibus & natare & volare ; sæpe etiam in ripas cumulatim projici ; modum item tractationis in colligendo, mensurando & expandendo, iis magis quam *Locustis* & *Coturnicibus* aliisque avibus convenire ; alis denique instructos esse, adeoque inter עוף כנף (sive volucres alatæ, sive quod malim *colluvies* vel *examina* piscium his vocabulis in genere indigitentur) referri debere : ut taceam ipsa vocabula Hebraica locis de Selavis citatis usurpata, longe aptius ad pisces eorumque naturam & actiones exprimendas, quam ad aves referri. Recte itaque

Primo quæritur : utrum tanto in numero dentur pisces, quanto locustæ & aves ? Affirmatur.

Quâ occasione exponi imprimis meretur locus Genes. XLVIII. v. 16. וידגו לרב Targ. וכנוני ימא יסגון *ET TAMQUAM PISCES MULTIPLICENTUR.* Ubi Jacob benedictionem in Ephraimum & Manassem collaturus, quæ in multiplicatione seminis præcipue consistebat (quemadmodum vers. ibid. 19. clarius indigitat : וימאן אביו ויאמר ידעתי בני ידעתי גם הוא יהיה לעם וגם היא יגדל ואולם אחיו הקטן יגדל ממנו וזרעו יהיה מלא הגוים *Et renuit pater ejus, & dixit : Novi, fili mi, novi : etiam ille erit in populum, & magnus fiet. Sed frater ejus* (natu) *minor, major illo : & semen ejus erit in multitudinem gentium)* utique a piscibus non desumsisset similitudinem, nisi progignendi multiplicandique vis maxima iis inesset. *Hi enim*, teste doctiss. Willigby, *infinita fovent ova ;* Hinc *quod piscium ova foris augescant,* ut loquitur vir summus Gulielm. Rondelitius de pisc. *in caussa est eorum fœcunditas, quæ tanta est, ut intus totum incrementum capere non possint.* Et si una in mustela, pisce alias vivipari ad tre-

centos

centos fœtus & ultra invenire licet, cujus rei testem oculatum habemus clariss. Schoneveldium Ichtyol. p. 32. quot quæso in ovipari deprehendentur? *Hoc* enim *tam fertile genus*, inquit Olaus Magn. de piscibus Sept. c. 33. lib. XX. *nisi in tam* infinita multitudine *instar grani papaveris, vel milii*, infinito numero de uno pisce *emitteretur, non posset coalescere in aquis, ad sustentandam humanam vitam.* Unde nec mirum, referente Oppiano, & ex hoc Rondelitio Lib. VII. p. 209. *Aphyas sese in globos conglomerare, & ita se implicare, connectereque, ut dissolvi vix possint, sæpe etiam* horum acervorum occursu *nauium cursum retardari.* Quibus haut sufficientibus addi possunt sequentes, ut Joh. de Laet Descr. Ind. occid. libr. VIII. c. 2. p. 350. de oppido Panama: *flumina* ibi *piscosa, uti & ipsum mare, quod piscibus (licet multum diversis ab Europæis)* ad miraculum *usq; est fœtum.*

Joh. Straußens denckwürd. Reiße p. 3. Bey diser insul (Boa Vista) hält sich **viel Fisch**/ weswegen wir bißweilen ausgiengen um zu fangen / und fingen mit Seegen auf eine Zeit **über** 1500 **Steinbresen** und *CORCOADES.*

Christoph. Fyrer von Haimensdorff Reiß-Beschr. in das gelobte Land p. m. 123. Die Caloeri **leben** allda **den meistentheil von Fischen**/ derer si **viel** fangen; idem p. 177. Die See bey Brula in der insul Delta hat **sehr viel guter Fisch**/ so man mit **großen Hauffen** fängt/ und saltzens die von Brula ein/ schicken solche darnach in Candia, Cypern und andere Ort der Griecken/ sie sollen bey 400 *BOTI*, das ist 800 **in** 1000 **Fäßer voll das Jahr** über verkauffen. Et p. 148. Der dritte Ausfluß des Nili in das Meer/ oder der See / hat **über aus viel Fische**/ it. p. 163. Der See ist Sirbonis palus genant worden/ theilet Palæstinam von Ægypten, und ist bey 70 Meilen lang / aber nicht breit/ hat viel Inseln darinnen / und ist **fischreich von allerley Fischen.**

Ludov. Hannepin neue Reißebeschr. p. 172. als den fangen sie **eine unglaubliche Menge Fische.** Et paulo post: **die Fischerey** ist in dieser Gegend **so überflüßig**/ daß sie die grösesten Stadte in Europa mit vielerley art versorgen könne. -- Man

findet

findet daselbst eine **unglaubliche Menge** von allerhand Art Fischen.

Petr. della Valle Reisbeschr. Part. 2. p. 190. Diese Bäche sind **voll der besten Fische/** als ich jemals in Persien und seithero ich von Alexandria aus Ægypten gereiset bin/ gesehen habe. Guill. Dampier Voy. Tom. I. p. 103. Il y a autour de cette Isle une aussi *PRODIGIEUSE QUANTITE* de vaux marins, que s'il n'y avoit point d' autre lieu ou monde où ils pûssent vivre: en éfet il n'y à point de baye, point de rocher sur le quel on puisse mettre le pied, qui n' en soit plein. Les lions marins y sont par *GROSSES TROUPES*: les poissons aussi, & sur tout les *SNAPPERS* & les *tattonneurs* y sont en si *GRAND ABONDANCE*. *que deux pecheurs à la ligne en prendront en deux heures de tems, pour regaler cent hommes, avec chacun une ligne seulement.* Idem Tom. 2. p. 597. La mer donne *abondance* de diverses especes de poissons, & principalement d' un petit poisson qui n' est pas si gros que le haran. Il y en a si *GRANDE QUANTITE* qu' on en sale beaucoup tous les ans, qu' on fait passer en Europe.

Conr. Gesner. Nomencl. aquat. part. I. ord. 1. p. 290. *Iidem hi Leucisci, cum minimi, DENSIS AGMINIBUS natant.*

Joh. Schmidt Navig. in Nov. Angl. *Ex nuperrime detectis regionibus* octingentæ quotannis naves *vilibus ac macilenta cute piscibus, quos Belgæ & Angli* arme Jann & Corfisch *nominant, adveniunt: quæstus vero, qui inde redundat, ad minimum ultra* quadringenties mille Starlingorum libras *exurgit. -- Nec desunt* haleces. — *Barbari enim* incredibili copia *eas ex mari petunt, ubi* juxta littora magnis agminibus *conglobantur.*

Forbisser. Navig. p. 4. *Et in hac insula,* magna vis & copia piscium.

Ditm. Blefken. Isl. p. 38. *Tunc piscari incipiunt,* tantâ *quidem* copiâ, *ut vix sit credibile: pisces enim* catervatim *accurrunt.*

Topogr. Norv. præf. Das Land Norwegen hat insonders an Fischereyen gar keinen mangel/ sondern viel mehr eine **überfluß/** und fast andre Länder Europæ übertrifft / in dem es **gantz Teutschland/ Franckreich/ Pohlen/ Holland und andern**

dern **Orten** gesaltzen und dürr Fische genug giebet. it. p. 13. und werden jährlich außerhalb Burter &c. **viele große Schiffe mit Islands Fisch vollgeladen.** p. 113. und fahren jedes mahl etliche hundert große Fischen an Land/ dann Dorsch/Langen und Hellefisch/ (passer major) stehen so dick im Waßer/ daß sie zu weilen kaum den Angel ins Waßer fallen lassen/ daß sie also fort anbeißen/ – so sie **Fischeberg** nennen. Woselbst der Fisch in so großer menge versamlet.

Arent Berg Danmarks oc Norgis Herligh. p. 162. Udi Westerhaff er it **ofermade rigt Fiskeri** aff Flynder to gange om aarit/ nemlig om Waaren oc Höjten. p. 273. Udi Trundhiemis Lehn/ gifwer det lige eller wel mer Fiskeri af Saltfisch/ end som i Bergenhus Lehn/ men i synnerlighed ere berömte de skiöne oc mangfoldige Trundhiems Sild/ som fangis udi Biugnen/norden Trundhiem/ udi **saadan Mengd**/ de Aaringer Fiskeriet tilfalder/ saa der af **mange** 100 **lester** til andre stæder **udskibis.** Udi det ofrige gandske Land norden Trundhiem lefwe oc näre Indwanerne dem af intet andet end deris fiskeri. p. 279. Udi synderhed er der tilfallen wid 1556 et merkelig Sildefiskend/ som af **nogle** 1000 **Baade/ Skibe oc Skuder/ fra Danmarck/ Holsteen/Holland/Engelād/Franckrig oc andre stæder/** föruden Landetz egne Inbyggare besögt blef. p. 300. Oc staar Trundhiems Sild undertiden **sa tyck** under Landet/ at man med en Waad eller stort garn i en Dræt kand dragis **mange låster Sild.** p. 315. I Norlanden and Finmarken have Invonerne fast **af deris Fiskeri allene** dem Näre.

J. Becman. Hist. Orb. c. 10. de Commerc. §. VII. p. 424. *In re piscaria notamus orbem terrarum nusquam aquatilia majori numero aut mole producere quam in septentrione.* —— *Piscaturam in specie quod adtinet*, Harengarum *piscationem & usum soli Hollandi fere habent.* — Initio Junii mille & amplius naves majores emittunt, *quas Buyssas & Bussas vocant, quarumve* plurimæ centum & viginti; *aliæ* centum sexaginta, quinquaginta tonnarum seu dimidii tantum lastarum sunt. —— *De aliorum generum navibus minoribus, ut Pinkis, Galiottis & similibus,* quarum tria millia & amplius *eodem fine emitti solent, dicere prolixius foret.*

ret. — *Anglos vero quod adtinet*, illi etiam naves ſuas quidem emittunt, *ſed vix ultra* quadringentas. *&c.*

Willigby Hiſt. piſc. p. 228. *Abundat autem fluvius ille* (Sabrina) *tanta & Salmonum & Aloſarum copia, ut* ſupra 1200, *uno retis jactu captos viderim.* p. 178. *interdum 300, interdum etiam 1000 una vice capiuntur Thynni, qui ſunt piſces maximi.* & p. 170. *Thynnos* gregatim *natantes figuram cubicam efficere, Gillius è Plutarcho tradit.* p. 229. *Circa finem Maji pariunt Alauſæ, quo tempore* gregatim natant magnis agminibus, *& in ſummis aquis verſantur, ut pinnæ dorſales etiam ſupra aquarum ſuperficiem emineant.* idem in Append. p. 2. de blicca marina, Angl. Meer-bleyer. Catervatim magnis agminibus *natant cum Harengis, ad oram Malabaricam præcipue.*

M. Zver. Boxh. Theatr. Holl. p. 417. E fluminibus circumfluis, incredibilis piſcium captura & copia eſt, ferunt Anno 1620 à 15 Apr. usque ad ultimum Febr. anni proxime conſecuti, 8921 Salmones & 81 Sturiones, præter alios, *QUORUM INFINITUS NUMERUS* erat, publice Dordrechti venditos fuiſſe.

Joh. Bleau Atl. Nov. de Island. p. 4. piſcium in Islandicis aquis *INFINITA EST MULTITUDO.*

Ol. Magn. de Gent. Sept. Lib. 21. c. ult. de Thriſſa piſce. *Horum piſcium quos Pruteni Porpel appellant piſcator quidam* duodecim millia & ſexcentos, *ſeu quod idem eſt*, ſexagenas, (*uti appellant*) mille octingentas, *menſe Majo* intra quatuordecim dies, præter alios piſces, *quorum etiam* haud parva copia *erat, cepit.* Id. Lib. 11. c. 17. *Præterea alia multa collateralia ſtagna* (in Laponia) *& lacus paulo breviores ac latiores, adeo* piſcoſi, *ut in* tota Europa, *ne dicam* orbe integro, *vix habeant pares.*

Jacob Ziegler. Schond. p. 102. *Svecia dives* proventu immenſo *piſcium.* & p. 89. *A quorum*, ſcilicet Aringarum & Aſellorum & Rhomborum *infinita prope copia menſa inſtruitur per maximam Europæ partem.* — *Ipſa quin etiam oſtia Tyberis ſuſcipiunt hoſpitem piſcem miſſum à Septentrione, enavigavit is bis Galliam, bisque Hiſpaniam, ſuperavit Liguſticum mare & Tyrrhenum plenis velis.*

Sanſon d' Abbeville Erdkugel p. 3. Der Härings gibt es eine **ſolche große Menge/ daß jährlich dreytauſend Schiffe** da von gefüllet und beladen werden. ibid. de Africa p. 5. in

 dem

den flus (Nil) gibt es eine **unausssprechliche anzahl fische/** welche sehr grob sind. id. de America p. 10. Es ist **unglaublich** wie viel nationen, und wie viel schiffe von einer jeden järlich auff den Stockfisch fang aus lauffen/ und was für **eine große menge** derselbigen gefangen wird.

Jac. Ziegler in Schond. p. 94. *Pisces capiunt* (Lapones) plurima copia, *hocq; proventu vivunt Ichtyophagorum Æthiopum more.*

Willigby p. 243. *Husones* gregatim *natant, & cantum sequuntur tubarum.* & p. 254. de Naso Alberti. *Aprili mense* gregatim *natant, ut una interdum nocte piscator 2 vel 3000 capere possit.*

Marc. Paul. Venet de reg: orient: l. II. p. 162. Provincia Aden *abundat piscibus optimis, præsertim Tunnis. — Equi, Boves, Cameli atque Oves ibidem vescuntur piscibus, qui quotidianus illorum sunt cibus, quum illic ob immensum calorem herbæ & frumenta ex terra haberi non possint. Fit autem tribus anni mensibus piscium captura, scilicet Martio, Aprili & Majo:* tantusque *illorum* capitur *numerus, ut non facile explicari possit.*

Haiton. Armen: Hist. Orient. p. 90. de Nilo: *abundantiam habet bonorum piscium.*

Richard Stanihurstius de reb. Hibern. L. I. p. 23. *incredibile est, quantam piscium ubertatem & copiam ibi* (in flumine Sannonio) *reperias.*

Jons Lauriss: Volff. Norrig. Illustr. p. 66. der funde de udi got wær / naar fischen gaar/ wel til 4 karle paa huer baad/ drage baaden fuld 3 gange om dagen / oc före saa udi land huer gang nogle 100 fisk af torsk/ lange och store Helleflynder. p. 72. de folck om boe udi wardohuus lähn **föde deris kiör** om winteren/ med **tang och torfisk.**

Nouv. Voyage de Nort. p. 203. les habitans de Syberie, *ils mangent, au lieu de pain, dont ils n' ont point, DU POISSON, qu' ils font seicher, & dont ils ont une tres GRANDE ABONDANCE dans leur lacs, & dans leur rivieres. c' est la* nourriture de leurs chiens, & mesme celle de leurs vaches, *pendant le froid, qui est excessif en Syberie.* it. *p.* 206 *ils ne vivent que de poisson, quils mangent fort souvent tout cru.*

Joh. Boëm. Aubanus de morib. omn: gent: p. 70. *PISCIUM*

est

est INGENS COPIA (in Russia) *& in his Seldis nobilissimus ex Paresclausco lacu.*

Willigby Hist. pisc. p. 223. *Piscatores speculatoribus in sagenis (Anglice saines) disponendis trahendisque obseqvuntur, adeoque MAGNAM persæpe VIM PISCIUM includunt, ut una vice CENTIES MILLE aut PLURES capiantur.*

Maximil: Misson nouv. voyage d' Italie tom. III. lettr. 37. p. 76. du lac de Geneve: *Il y a une quantité prodigieuse de petits poissons qu' on apelle MILLE CENTON: il va par* multitudes innombrables, *& on le sert comme un manger delicat. — Tantost c' est* une armée *de petites perches: tantost c' est un NUAGE DE TENCHES, & ainsi des autres.* Hinc notanter admodum Britanni: *Cell arglwydd yw'r weilgi*, h. e. *PROMPTUARIUM DOMINI EST ÆQUOR.* Boxh. or. Gall. p. 36. Sed de his satis.

Secundo quæritur: An modus colligendi mensurandique per Chomor, piscibus conveniat? Affirmatur.

Quantum ad collectionem adtinet, videat ipse Clarissimus Ludolfus in pisces eam optime quadrare, evitarique hoc ipso omnia incommoda, quæ existerent, si ad coturnices, nonnulla etiam, si ad Locustas fieret applicatio; scilicet judicio Malvendæ, tanta coturnicum copia tam brevi tempore mactari nequibat: quid si ego idem de *locustis* crediderim? Neque ad longum usum servari poterant, quia capite & faucibus compressis necare suffocareq; aut collum contorquere, Judæis non licebat. Longo utique temporis spatio opus fuisse coturnices comprehendentibus: comprehensasq; dissecto jugulo vel capite mactantibus: mactatasque, donec sanguis omnis efflueret, tenentibus: postea deplumantibus: dein exenterantibus, & tandem per ingens terræ spatium sigillatim, nempe areolas, pulchre disponentibus, ut probe siccarentur, nec tamen putrefierent. Vivas sane nec retibus contineri, nec mensurari posse. Profecto omnia hæc dubia non cadunt, quamvis de *Locustis* hunc locum accipias: quæ secundum sententiam magni Ludolfi comprehendi, earumque capita comprimi & avelli, alasque cum pedibus abripi vel abscindi; & quod addo, exenterari debebant, (cum ventres Locustarum satis capaces nihil

præter sordes referant) antequam soli ad tostionem exponerentur. Nam & Avicenna capita atque extremitates Locustarum abiici jubet, priusquam contra hydropem bibantur. Quibus singulis rite peragendis, non parum certe temporis impenderetur. Ast me judice, omnia hæc incommoda facile evitantur, si ad pisces, imprimis alatos ceu minores adplicare adlubuerit: Cum hi, ut exemplis mox demonstrabitur, integri, si res postulat, siccari possint. Alterum est, ut mensurandi modum ceu piscatoribus nostris adhuc valde familiarē & commodum probem: dicuntur enim ii, qui minimum collegerunt, decem collegisse *homerim* sive *coros*. Nunc itaque inquirere lubet, quænam τῶ חמר *homer* vel *chomer* vera & genuina sit notio, quæque ejus radix prima. Verbum radicale sive primitivum ejus apud Hebræos utique frustra jam quæres. Ergo ad Hyperboreos transeundum, quibus mer, mera, Germanis mehren/ præterit. ge-mehret, notat *augere*, *cumulare*, *accumulare*, *coacervare*, unde wieder-vermehren/ denuo augere, cumulare; Spat. Et ex hoc ipso mera, est maur, maure, myre/ Goth. *acervus*, *congeries*; unde & formica escam suam in acervos congerens atque cumulans, nobis est dicta maur & myra, Britann: myr & mor-grug; Armor: merienen; Germ. mier & ameiß. Angl. mire & piß-mire. Teuton: mire; Græc: μύρ-μηξ & μύρ-μηξ; Polon: mrouka. Mer item & meir, meire, moire, merg atque margd, hodie marg. Goth. *copia*, *abundantia*, *acervus*, *multitudo infinita*. μυρί, μυρία Græc. A *mer* denique sive מר cum præfixo ח factum est חמר *chomer* Hebr.; *cymer* Britann. & *comortha*, *gommortha* atque *cymborth* Latino barb. quasi חמרת vel חמרתים Hebr. Nec forte aliena, quamvis nova dicerem, si contenderem Gothicum nostrum mar; Latinis & Italis *mare*; Brit. mor; Gall. *mer*; Hispan. & Lusit. *mar*; Saxon:ant. *maer*; Belg. *meer & meyr*; German. & Lapon. meer; Finn. meri; Anglos: mere; Esthon. merri; Polon. morze; &c. ejusdem esse originis cum חמר Hebr. Etenim quid quæso aliud intendit Habacuk cap. 3. v. 15. verbis illis חמר מים רבים, quam ipsum *MARE*, ceu *acervum aquarum multarum*, & Hyperboreis olim *Geimer* dictum. Edd. quasi ge-mer; eadem certe ratione

tione ac *mere* Goth: & Germ: *mare* Lapon: limes, terminus, *ge mære* Anglos: audit. Hinc Genes. I. 10. ולמקוה המים קרא ימים & *congregationes aquarum vocavit MARIA* Tantum de חמר *chomer*, acervum vel cumulum notante. Ulterius significat חמר vas sive receptaculum quoddam certæ, ut volunt, mensuræ. Quâ ratione convenire videtur cum primitivo mar/mer/mere. h.e. cupa; unde Vin-*mere* Anglos. vas vinarium majus. Somn. máre Lap. *mensura*. hincq; dein *Cumera* Lat. vas majusculũ, in quo frumenta conduntur, quasi חמר שערים Hebr. Levit. XVII. 16. Kornkamar Svet. unde Horat. Lib. I. Sat. I. v. 53.

Cur tua plus laudes CUMERIS granaria nostris.

Cui sono & significatu affinia quidem videntur esse Kamar Goth. Kammer Germ. *Camer* Belg. *Καμάρα* Græc. *Camera* Lat. *Camara* Hisp. *Camera* Ital. Cammari Finn. *Kambri* Esthon. *Chambre* Gall. & Anglos. Sed hæreo, num ad Hebr חמר Lat. *Cumera*, vel Syrorum עומר Arabumque עמר i. e. *habitatio*, eadem referam? imprimis cum Kammer/ teste Spaten. p. 920. *non tantum cellam, conclave, conclavium, fornicem, testudinem & cameram, sed &* quodlibet receptaculum, *locumque secretum &c.* notet. Unde & Kämerlein, *receptaculum minus*; & Neben-Kämmerlein, *arcula, scrinium.* Nec mirum! cum & חמר & עמר sint ab eodem primitivo מר h. e. mer sive mar Goth. unde *μάρις* Gr. mensura 6 cotylarũ; Amar aliis Ambar Goth. Aimer/ eimer & emmer Germ. *Ambore* Anglos. Embari Finn. & Lap. *Ambra & ambrũ* Latino-Barb. Spelm. *ἀμφορεὺς* Gr. *Amphora* Lat. Ast *AMPHORA* inquit Prateus, *Græcis dicitur id quod Latini Quadrantal appellant,* Festo Lib. 15. *Est autem vas cujusvis materiæ duarum urnarum capax, figura cubi, rei cujusvis continendæ.* Quantum autem capiat vini docet, his verbis, Volusius Mætianus Juris auctor. *Quadrantal, quod nunc plerique AMPHORAM vocant, habet urnas duas, modios tres, semodios sex, congios octo, sextarios 48. heminas 96 quartarios 192. cyathos 570.* Qua de mensura clariss. Spelman. in voce *Ambra* hoc modo disserit. *Videtur autem, AMPHORAM etiam fuisse minoris capedinis, quam alioquin vix sustinuisset homo AMPHORAM aquæ portans* Luc. XXII. 10. *Nam quod illic textus Græcus κεράμιον legit (hoc est proprie vas fictile) Latinus*

nus Interpres AMPHORAM reddit; sed & ipsum idem Marc. XIV. 13. (*magis forte appositè*) *lagenam. Hoc etiam innuere videtur vocabulum AMPHORA, in præfatione L.L. Æthelstani Regis, ubi singulo pauperi, per singulos menses, AMPHORAM farinæ (præter alia plura) elargitus est.* Itaque *Amphora* hoc sensu idem ac ámbar Sved. hod. Et ut dicam, quod sentio, videtur pariter *κεράμιον* Græc. esse transpositum *κεμάριον*. â חמרים Hebr. eodem modo, quo *cumulo*, e. gr. Italorum, facta transpositione literarum, in *colmo* Hispan. abierit. Sic & *κέραμος* Græc. terra figularis &c. est ipsissimum חמר Hebr. minusque aptè derivari videtur à *κέω uro*, & *ἔρα terra*. Cum & *ρ* & *μ* in hac voce sint literæ maximè radicales, quæque eam ob causam in nulla flexione abjiciuntur. Quò, propter affinitatem originis referre quoque lubet *Cumerum* Lat. h. e. *vas nuptiale*. Voss. in Etymol. Ipsi licet a figura camura derivetur. Item meir Goth. Hist. Ægill. & Asmund. c. 3. p. 20. merse Teut. fiscella, idemque ac meis V. Lex. *κημὸς* Græc. i: e. *saccus reticulatus, quo pisces recens capti portantur.* Cui affine quoque est miera / miela & mierda Goth. merta Finn. modius, nassa vel reticulum, tam capiendis quam portandis piscibus idoneum. *Mirc* Anglos. mellarium, sive vas in quo mel conservari solet.

Ego vero, quæ modo asseveraverim, jam adstruere velim: nimirum pisces, postquam in copia quadam capti fuerint, per *cumulos* componi & coacervari. conf. Francisc. Willigby Histor. piscium Lib. IV. p. 223. ubi hæc ejus de Harengo minori sive Apua Rondelitii comparent verba: *Gregatim natant ingentibus agminibus. —— Piscatio eorum hoc modo instituitur. In montibus seu clivis maritimis excelsis disponuntur speculatores (Huers Anglicè vocant) qui turmam seu gregem* Shole *aut* Scole (num hoc שלו?) *dictum, conspicati; (ubi autem turma sit, ex aquæ colore, interdiu nigricante, seu purpureo, noctu flammeo discernunt) naviculariis & piscatoribus, qui in mari exspectant, signis conventus manu datis ostendunt quid agere debeant. Piscatores speculatoribus in sagenis (Anglicè saines) disponendis trahendisque obsequuntur, adeoque magnam persæpe vim piscium includunt, ut una vice* centies mille aut plures *capiantur. Mille Pilchardi, sex septem-*

ve solidos nostræ monetæ plerumque valent. Pisces captos super terram (על פני הארץ) in acervū *exstruunt, seriatim disponentes primo areolam piscium, tum salis, dein iterum piscium, adeoque vicissim stratum super stratum (ut loqui amant Chymici) ad ULNÆ ET DIMIDII LATITUDINEM* (כאמתים). confer figuram *C.* ubi talis piscium strues cernitur. Et quandoquidem inciderim in mentionem mensurarum, quibus pisces metiri sveverint homines, observasse dignissimum erit, dolium illud seu vas quo mensuratur *SCOLE*, vel in quo potius sale conditur Harengus, etiam hoc tempore apud Anglos appellari *SUILLA.* videsis Willigby p. 220.

Et ulterius jam audire lubet, quæ adfert Ditmarus Blefken: in sua Island. p. 38. *Tunc piscari incipiunt, tanta quidem copia, ut vix sit credibile, pisces enim catervatim accurrunt.* Et paulo post: *pisces sub dio* accumulant, *tantaque ibi est aëris puritas, ut sine sale, solum vento soleque durentur.*

Item Topogr. Norveg. p. 30. Es haben die Fischer mit großen Fischgarn und Netzen offters so viel **Hering** an Land gezogen / daß sie ein **großen Hauffen auf einander** gelegen.

Arent Berg Danmarks oc Norgis Herligh. p. 162. Udi Westerhaf er it rigt fiskeri af Flynder to gange om aarit/ nemlig om Waren och Hösten/ at de der af/ naar de törede ere **Store Stakke** (magnos acervos vel cumulos) som **Höle** på Landet opsette/ oc dermed ded ganske syßel bespiise.

Guil. & Joh. Bleau Atl. nov. p. 7. de Island. *Pisces qui ibi capti frigidis ventis exsiccantur, ac demum in apertis campis, quasi LIGNORUM COMBUSTILIUM STRUES* compositi per *MENSURAS LONGORUM CUBITORUM divenduntur.*

Samson d' Abbeville Erdkugel von Eisland: p: 7: Ihrer Fische: deren sie eine solche Menge haben / daß sie dieselbige **Häuffer Hoch** auff **Hauffen** lägen.

Gemina fere his legimus Exod. VIII. v. 14. de Ægyptiis occupatis in colligendis הצפרדעים *ranis*, ubi verba in hunc modum sonant ויצברו אתם חמרם חמרים Hieron. *Congregaverunt eas in IMMENSOS AGGERES.* interpr. ex LXX. *Et congregaverunt illas CUMULOS CUMULOS.*

Willigby Hist. Pisc. p. 221. de Spratis. &c. *Capiuntur au-*

tem quotannis magno numero *circa solstitium hybernum, & vili satis pretio, non numero neque pondere, sed MENSURA apud nos veneunt.*

Joh. Bleau Atl. nov. de Isl. p. 7. *pisces ibi per MENSURAS LONGORUM CUBITORUM divenduntur.* Neque peregrinum nostris piscatoribus est, pisces aridos etiam hodienum per fasciculos, acervos, certos numeros atque mensuras divendere. Unde en **Bunt** Fisk/ en **Knippa** Fisk, fasciculus piscium aridorum. en Bunt Flundror, fasciculus passerum &c. en **Hwal** Fisk, sexaginta pisces; ett **Kast** Fisk, quatuor pisces. En **Buncke** Fisk/ Run. G. strues piscium recentium. En **Tunna** Fisk, tonna piscium. Ett **Emmar** Fisk, amphora piscium recentium &c. ut taceam Finnones nostros, harengos minores Sved. Strömming, ubertim captos, vivos adhuc & recentes in proxima projicere littora, ibique in certos cumulos vel acervos congestos, pro numero hominum inter se partiri atque distribuere: dum alii rursus cum Westrobothniensibus eosdem magnis vasibus & doliis, Svedis Kar/ כור Chald. excipiunt, saleque statim conspersos, baculis agitant, & macerari dein per horas circiter viginti quatuor sinunt, donec exsangves fiant & rigidæ; quo facto die sequenti eas eximunt; exemtos in vasculis minoribus, ut tonnis, semitonnis vel amphoris condunt atque reservant, vel etiam in ripa sive ora maris extempore divendunt, idque certa tum mensurâ Westrobothniensibus **Hamål** ceu mensurâ magnâ, quasi חמר *homer* Hebr. dictâ. Utut hæc semitonnam nostram ordinariam bene compactam ac cumulo suo auctam vix superet. Simili vero modo coacervari, & *τοῖς chomárim* colligi *Locustas*, ipse Rabbi Ananias Fezzanus suâ contendat industriâ: mihi certe hallucinari videtur, & nonnihil velificasse eruditissimo Ludolfo his potissimum verbis: *Populus* (in urbe *SALE* Mauritaniæ) *colligebat eas, ut ALIQUIS COLLIGERET MINIMUM DECEM CHOMOR* (quæ verba ex Numer. XI. v. 32. integra desumta) *quas coquebant & comedebant; etiam Judæi vescebantur illis.*

Quod autem hæc mea *τῆ* חמר *homer* etymologia vera sit

&

& genuina, minimeque vanis nitatur conjecturis, reliquæ ejusdem vocabuli *homer* ſignificationes omnes, eodem prorſus modo cum lingvis hiſce borealibus exacte coincidentes ſatis ſuperque evincent. Cunctas itaque ut ordine percurram, ſit

1: חמר *homer*, Hebr. acervus, cumulus; mar/ ſive hmar hmaur/ myre & móría Goth: *mora* Ital. *mô* Chin. unde *μηρύω* Græc. *marume* Japon. glomero, conglomero, accumulo.

2. חמר *homer* Hebr. vas certum vel menſura. *Mam*, *mu* & *caimu* Chin. Mar/ meir/ Goth. máta Lapon. *mere* Angloſ. hincque dein Amar Goth. Aimer Germ. *Cumera* Lat. *Gamela* Luſit. *κεράμιον* Gr. per metath. Erat autẽ חמר Heb. eadem menſura ac כור *cor*, Chald. *corus* Lat. h. a. Kar vel Kœr R:Goth. vas majus minusve; unde bygg-*kar*, cupa cereviſiaria; watu-*kar*, alveus, aquiminarium; öſt-*kar* hauſtrum; ſalt-*kar*, ſalinum; &c. A *cor* præterea Chaldæorum neque ſono neque ſignificatione valde abhorret Finnonum *cori*, vas vimineum.

3. חמר *hemr* Hebr. *hamar* Chald. bitumen, limus ſeu terra quædam tenax, pici ſimilis; Mor & mór/ Goth. G. Andr.

4. חמר *homer* Hebr. חומר *humar*, Chald. lutum, cœnum, argilla, cæmentum ad ædificandum, tegendum & oblinendum. Mor Goth. *min* Chin. unde hwit *mor*, argilla alba tenuiſſima; Sand *mor*, argilla arenacea, ad cœmentum murorum optima. hinque mur Goth. & Britan. Maur Germ. *mur*, *muraille* Gall. *muro*, *muraglia*, *murello* & *muretto* Ital. *muro* Hiſp. & Luſit. *mur* Polon. *murus* Lat. *muhr* Eſth. muuri Finn. cujus verbum eſt חמר Hebr. mura Goth. mauren Germ. *murer* Gall. *murare* Ital. ſtruere, *murum* facere. *moer* item & *more* Belg. *more* Flandr. *mare* Angl. limus, cœnum; unde mur/ mor & moras, Goth. muraſch Teut. *marais* Gall. *mariſe* Angl. *mareſe* Ital. humus paludoſa, palus, ſtagnum. Denique & hamar Goth. terra grumoſa; G. Andr.

5. חמר *hamor* Hebr. חמר *hamar* Chald. & חמאר *himar* Arab. *Aſinus*, ut vulgo explicatur, aſt mihi potius *equus*, ejusve certa ſpecies, eaque mixta, ut alias demonſtrabitur: unde *ma* Chin. mar & mer Goth. märe Germ. equus, equa; moor Teut. equus badius, equus niger; mur item corrupte mul

Goth. & Germ. *mulus* Lat. *mulo* Ital. & Hisp. *mule* Flandr. & Angl. *mulet* Gall. species mixta ex equa & asino. Asinus enim proprie אתון *Athon* Hebr. אתן *athan*. Chald: & Arab. Aþna vel Asna Goth. *Asen* Britan. *Asne* Gall. *Asino* Ital. & Hisp: *Asnina* Lap. ὄνος Græc. Esel Germ. *Osel* Illyr. *Eseli* Esthon. *As* Angl. *aasi* Finn.

Qua occasione silere non possum פרד *pæræd* Hebr. per Asinum pariter vel mulum communiter exponi, quamvis minus fortassis apte, ut scite quoque monuit Doctiss. Goussetus in comment. Lingv. Hebr. his verbis: פרד pæræd *non videtur esse* mulus, *sed animal origine sylvestri, ut solent feræ malignæ, qualis proinde hæc videtur per se esse (quamquam cicurari possit) & cui idcirco Psaltes frænum plus quam cuiquam alii jumento necessarium esse innuit. Interim animalia illa semel domita, digna præcipue erant, quibus uterentur principes; filii omnes Davidis ad convivium Absalomi iis vecti fuerunt, eo David Salomonem vehendum, distinctionis causâ jussit; — iis etiam ad bellum utebantur, ut Absalom princeps & dux* 2. Sam. XIIX: *Hæc* mulo *quis tribuat? fuit potius* equorum genus nobile *in sylvis nascens*. Quid? si Auctori nostro in mentem venissent vocabula pærd & burd Goth. peerd Teut. pferd Germ. *peird* Belg. *equus*; quibus affinia sunt *burdo* Lat. Ulpian. *bordou* Gall. *burde*-gano Hisp. hinc composita, *burt*-reid Goth. equestre certamen. G. Andr. *bertona* Latino-Barb. Stalgård Sver. a *bert* equus & *tona* s. *tuna* sepes, sepimentum, vel *area in aversa parte ædium ruralium primariarum, in qua horrea, stabula* &c. Spelm. Num hinc quoque *barde* Gall. equus tectus, *bardes* equorum tegumenta. *bordonarii*, equorum custodes?

6. חמר *hæmar* Hebr. & Chald: *hamar* Arab: vinum meracum, vinum rubrum, vel uno nomine *merum* Lat. unde Horat. Libr. I. Ep. 19. v. 11. - *nocturno certare* mero.
& Ovid. I. art. amand. v. 238.

- - - *cura fugit multoque diluitur* mero.

mere Gall. id. unde *mere*-goutte, vinum protropum. *morillon*, nigella uva; moreller Sved. cerasa nigra majora; mor it. vel mur/ corrupte mul/ & MUL-bär Goth. *morum* Lat. μόρον Gr. *moer*-besie Teut. maul-*beer* Germ. *moreira* Lusit: Unde Horat. II.

Serm. Sat. IV. - - - - *ille salubres*
Æstates peraget, qui nigris *prandia* moris
Finiet.

Et Itali : *nero* come *mora*, & duro come ſmalto.

7. חמר ex uſu Arabum, Arabice חמר *hamar*, rubuit. Schindl: Mor Goth. *mui* Chin: hincque mor Ver. Lex: *terra quædam ſpecies, unde* color *quidam* ſubfuſcus *conficitur ad tingendum pannum*, brunachtig jord. Morud-wara, pannus vel aliud quoddam *RUBRO COLORE* tinctum; moraud & morud Cod. Orm. p. 73. Gretl. c. 58. moreyt Teut. nigro-purpureus vel ſuffuſcus. hinc חמר Arab. niger, fuſcus; Mor Goth. & Germ. moor & moer Teut. *murry* Angl. *mo* Ghin. *μαυρός* Græc. *morado* Hiſp. *maurus* Lat. Æthiops, homo niger, fuſcus, nigro-purpureus. *ἀμόργη* herba flore purpureo, qua tingitur. *ἀμαυρὸς*, obſcurus, fuſcus.

8. חמיר *hamir* Arab. porcus lutulentus. mar Goth. mor & morre Germ. Teut. Saxon. Sicambr. &c. Kil. unde Kamar Goth. Kamer Germ. *ἀμάρα* & *καμαρίνη* Græc. *camarina* Lat. *Kamara* ſzek Ungar. *Cameretta* Ital. latrina.

9. חמר *humar* Rabb. gravis, difficilis fuit. Mar Goth. Hincque mor paſſio hyſterica, ſuffocatio uterina. le mal de *mere* Gall. it. mara Goth. maere Teut. mare Germ. incubus, ephialtes, ſuppreſſio nocturna, ſuffocctio, &c. חמירות Rabb. gravia, difficilia. Mart Goth. Hiſt. Ægill. p. 22. oc mun þad ey vera Mart? hocne grave vel difficile erit? Quo pertinent & *marry* Gall. *moroſus* Lat. *mo* Chin.

10. חמר *homer* Rabb. materia ex qua fit aliquid; Mor Goth. quod non tantum matrem & matricem ceu materiam & originem prolis atque fœturæ (*mere* Gall.) notat; ſed & materiam vel fomitem aliarum rerum, i. e. *mairrein* Gall. unde win*mor* Goth. materia vini; war*mor*, materia ulceris; & חמרה *hamora* Arab. ulcus ambiens.

11. Ad חמר Arab. temperavit, fermentavit, videtur referri debere mória Goth. *muria* Lat. *meure* & ſau-*meure* Gall. quaſi ſal-muria.

12. חמר *hamar* Hebr. & Chald. turbidus, lutulentus, turbatus, conturbatus commotus, mixtus, confuſus fuit. Mar Goth. a verbo activo mara Run-Goth. movere, commovere, perturbare, quod idem ac mören Germ. moeren & mueren Teut.

 unde

unde moeren het water Kil. aquas turbare. Quibus omnibus litera nostra *H*, *K* sive ה more aliorum præponi potest, si quem offendat ejus exclusio.

Hisce breviter præmissis, quæritur tertio: Quomodo fuerint collectæ Selavæ?

Modus collectionis, inquit eruditus Anonymus a clariss. Ludolfo sæpius citatus, *verbo* אסף *exprimitur, collegerunt nempe rem* quiescentem *vel* humi jacentem, *prout sic verbum hoc sumitur de collectione cineris* Num. IX: 10. *Spicarum in messe* Ruth. XI: 7. &c. *Neque tamen necesse est ut ubique ita sumatur; cum frequentius de collectione stantium, & se loco moventium, sive hominum sive pecudum accipiatur. vid.* Num. XI. 16. 24. Gen. XXIX: 37. *& alibi passim. Quod tamen hic non quadrat.* Quibus Magnus Ludolfus hoc modo respondet. *Verbi* אסף *significationem de collectis rebus humi jacentibus vel stantibus, non volantibus accipi placet, idque magis Locustis* (vel piscibus forte?) *quam avibus congruit, quos capere vel venari,* (ut Josephus loquitur) *non colligere solemus.*

Hæc omnia optime sese habent. Est enim אסף vel יסף Hebr. collegit, congregavit, idem ac sopa / safa vel sofna / R. Goth. Ver. Lex. Isl. Bibl. N: II. 32. &c. *Sypio* vel *syppio* Britann. *sap* Chinens. hinc Num. XIX: 10. האוסף את אפר, *qui congregat cinerem*; Isl. Bibl. sem ossune safnede / Svet. hod. som sopa hop Askon: unde Gretl. 61. sopa til um fesfaung i. e. interprete clariss. Verelio, *commeatum undecunque corradere.* item de hominibus hop sopa folk: homines undecunque corrasi, turba, plebs; quæ antiquis Gothis uno nomine Skeif dicebatur, quasi אסף vel idem bis repetitum in אספסף Hebr. *turba collecta.* hodie sop / sopor / afskrap / pack / slo &c. Sic proprie dicimus, sopa hop Fisken / pisces congregare, coacervare; secus vero sopa hop Foglen / aves accumulare. A safa / corrupte safan & safna Run. Goth. congregare, colligere. est אסף & אסיף Hebr. saf & safn Goth. congregatio, collectio; אסיף Hebr. collectus; safi & safid Goth. ut, alt er safid Run. Goth. p. 202: omne congregatum est. Quibus accedunt schoof / schoeb / schupf & schaube Germ. fascis spicarum.

carum *sceaf* Anglos. *Sheafe* Angl. *Schoef* & *schoewe* Belg. an hinc *scopa*? Lat:

Quarto quæritur: An modus expandendi piscibus conveniat? Affirmatur.

Multus est clarissimus Ludolfus in recensendis incommodis expansionem secuturis, retenta adplicatione ad Coturnices. Adserit miraculum statuendum esse, ut a putredine & vermibus conservatæ essent Coturnices tanto temporis spatio, quanto opus fuit, antequam decem cori in fervida humo ordine & certa serie per lineas & areolas dispositæ fuerint. Aves enim mactatas & in sole ferventissimo expositas illico verminari relatum sibi esse ait a peregrinatoribus Judeæ: immo pecudes calente die mactatas, carnesque non multo sale perfricatas, aut fumo bene duratas intra paucas horas vermibus scatere, eas vero fervida arena contectas arescere, & esui inutiles reddi, quas rursus aliquis absque miraculo non appetiverit. Has omnes difficultates (quas in §. XII. p. 85. à nobis dilutas videbis) evitaturus maximus vir in alias non magis inextricabiles incidit: scilicet genuina maxime & receptâ significatione τοῦ vocabuli שטח relictâ, expandendi rationem ita concipit, ut circum circa castra, non singillatim, nec per areolas, sed per acervos late dispositæ fuerint locustæ, & baculis sæpius conversæ, donec sufficienter siccatæ in mensem aut amplius durare potuerint. Hæc quamvis ingeniose proferuntur, dispiciat tamen studiosus Lector, piscibusne hæc omnia melius congruant quam locustis. Quantulum temporis requiritur ad expandendos perque areolas disponendos pisces, insulanis & maris accolis notissimum est. Mehercule admodum exiguum est illud, si de piscibus quibusvis loquaris, nullum ferme, si illas piscium species receperis, quas heic optime locum habituras esse, mox demonstrabo: nimirum tota res confecta erit, si pisciculi tales, quales sunt recentes & integri, super litora, rupes, colles, montes, saxa, calles & clivos temere projecti atque dispersi, rastro, conto, bacillo vel alio consimili instrumento semel iterumve de die convertantur, donec rite siccentur. Deprehendes vero vernante cœ-

te cœlo, & ſpirante favonio, piſces ita intra arctiſſimum temporis ſpatium torreſcere & ſolidari, ut in annos bene multos ab omni putredine immunes aſſervari in uſus hominum posſint. Eſtque hic piſces ſiccandi modus omnium ſimpliciſſimus & facillimus, imprimis cum neque deſquamentur, findantur, exenterentur, vel ſale condiantur, verum toti quanti ſunt ſoli ventisque frigidis exponantur. Et hac ratione tractari & præparari ſolent minoris generis piſces ferme omnes. De majoribus autem & grandiuſculis ſi loqueris, eos ante ſiccationem, per dorſi longitudinem findi, exenterari & ſale condiri, certum eſt; quamvis non negandum Lucios, Aſellos, Salmones aliosve his majores piſces etiam non ſalitos, tam in regionibus hiſce borealibus quam auſtralibus, verno inprimis tempore, numero pene infinito quotannis ſiccari, quod multorum exemplis & teſtimoniis infra confirmabitur.

Nunc vero diſpiciendum eſt, an Hebr. שטח ad piſcem commode adplicari poſſit. Lexicographi uno fatentur ore, quod שטח ſit *expandere, extendere, dilatare*, &c. haud ſecus atque huic reſpondens Gothicum ſtaga G. And. R. G. idem ſignificat. Inde Stag/ Goth. expanſio, dilatatio. משטח Hebr. Hæc ipſa occaſionem nobis præbent explicandi, quo fundamento ſeptuaginta interpretes verba Num. XI. 32. וישטחו להם שטוח Targ. וישטחו להון משטחין *& extenderunt eas.* Chald. Paraphr. transl. *expandendo ſibi expanderunt.* Ariem. interlin: tranſtuliſſe videntur per ϗ ἔψυξαν ἑαυτοῖς ψυγμοὺς. *Et refrigeraverunt ſibi refrigeria*, juxta interpretem Latinum. *Ec expanderunt ſibi expanſionem*, vel *frixerunt ſibi frixum*, ad mentem meam, quæ cum τῶν LXX. verſione in eo convenit, quod שטוח Hebr., cui ψυγμὸς Græc. reſpondet, vel ſubſtantivum ſit ad genium lingvæ Gothicæ, cujus rei exempla tantum non innumera adferri poſſunt, vel ſubſtantivè explicandum ad morem Hebræorum, apud quos multa, in hac forma, verba naturam nominum ſolent induere. Secundum Hieronymum autem: *& ſiccaverunt eas.* Quem ipſum, verſionum ex vernaculis ferè nullam, præter noſtram Sveticam, ſecutam fuiſſe video. Etenim Belgica, Anglica, Italica, Hiſpanica &c. reddidere per *ſtraverunt* vel *dilatarunt eas*; quibus ac-

cedit

cedit Vatablus in Crit. Sacr. dissentientibus licet versionibus Germanicis & Circuli superioris & inferioris; item Danica, Islandica, Finnonica, Polonica, Clario in Crit. Sacr. aliisque, quibus per *suspenderunt eas* transferre allubuit. Quem significatum ægre tibi exhibebit vocabulum שטח; quamvis non diffitendum est, haud paucis solenne esse in siccandis piscibus, eosdem perticis trajectos suspendere; multo tamen certior est prior ille, quem diximus, quod sit *extendit*, *expandit*. Ut pariter optime sibi constare existimes illam τῶν LXX. versionem, & ex his desumtam Hieronymi, quod sit *siccavit*. Etenim quemadmodum evidentissimum est quod שטח Hebr: *extendere, dilatare, expandere*, sit staga sive staka Gothorum; ita fieri potest, ut notionem Gothicam, steka / *siccare*, *arefacere*, *torrere*, *frigere*, olim in se quoq; continuerit שטח Hebræorum, quam succedente tempore forsitan amisit & deperdidit. Cujus ut sim sententiæ, hoc imprimis svadet, quod steka *siccare*, *torrere*, ex staka expandere videatur profluxisse, cum quidquid siccabitur, si modo a putrefactione liberum erit, dilatandum omnino prius est & extendendum: ut taceam literas radicales utriusque vocabuli esse prorsus easdem. Adhæc steka non tantum est igne focario aliquid torrere; sed & solari coquere, siccare. Unde steka uthi Solen / Goth. in aprico torrere. Quicquid sit, id pro certo venditare non dubitaverim Hebræam lingvam in nullam aliam felicius & expressius transferri posse, quam in antiquam vel etiam modernam nostram Gothicam; quippe quæ eadem verba eundemque refert sensum. Exemplo sit & locus hic vexatissimus å stagu þem stag / h. e. *expanderunt sibi expansum*, scilicet siccandum: vel ut hodie dicimus: å steko sig Stek, i. e: *frixerunt sibi frixum*. Ad eundem plane modum reddidere LXX: καὶ ἔψυξαν ἑαυτοῖς ψυγμοὺς, i. e. *siccaverunt sibi sicca*, vel *frixerunt sibi frixa*, nimirum alimenta vel opsonia. Verum si interpretatio ex LXX Græc. vers. *refrigeraverunt sibi refrigeria* alicui tantum displicet quantum clarissimo Ludolfo, videat ne a recto paulum deflectat tramite? Ille enim non tantum de versione Latina hac, sed ipsis quoque interpretibus Græcis hunc in modum disserit: *Cujus expositionis aliquem idoneum sensum nemo adhuc docuit, nec ego reperire possum:* Et paulo ante: *Septuaginta Interpretes hanc expositionis crucem non tollere sed figere ma-*

luerunt, ut plane desisterent Lectores ab ulteriori inquisitione. Videndum interim, subsitne ulla ratio probabilis explicationi τῶν LXX. Etenim si aliquis ipsa vocabula Græca examinaturus dixerit genio lingvæ Græcæ consonum ἔψυξαν ἑαυτοῖς ψυχρὰ, *exsiccarunt sibi frigida*, vel *refrigeraverunt sibi frigida*, pro ψυχρὰ βρώματα, frigida alimenta; unde Athen. Libr. 8. οὐδεὶς γὰρ ἂν φάγοι ψυχρῶν. & lib. 9. ψυχρὰ σοὶ ἅπαντα παράθω. &c. Quid ni statuere licebit vocabulum ψυγμὸς aliquid analogum significasse, quamvis in doctis Ethnicorum scriptis non sit adnotatum? Namque loquitur res ipsa & experientia quotidiana, quâ satis superque edocemur, existere hodieque plurima vocabula apud nos aliasque gentes communi sermocinantium ore usurpata & trita, quæ scriptis eruditorum nunquam inspersa videbis. Utique ψυγμὸς descendit ab Hebræorum ψύχω refrigero vel exsicco, ac proinde a vero haud abest, nomen naturam verbi sui imitari, & consequenter ψυγμὸν siccum vel frigidum cibum involvere, non secus atque τήγανον Græcis dicitur piscis, vel caro assata, a τήκω liquefacio, coquo; & θιβρὸς Græc. tostus sub carbonibus. Sic haud raro videre est veteres Græcos ψυχρὸν absolute pro *frigido cibo* usurpasse. Atq; sicuti hi carnem piscium salitam exsiccatamq; proprie uno vocabulo; τάριχος appellarint Svet. Torsk / a ταριχεύω Svet. torka / exsiccare, ita etiam ψυγμὸν illis cibi aliquod genus siccum & torrefactum in specie piscium denotasse non est absonum: a radice ψύχω ventilo, refrigero, vel *sicco* Lat. *kho* Chin. *Sychu* Britann. *seicher* Gall. *secar* Hispan. *secare* Ital. *Suzyc* Polon. *Azzusage* Ung. unde *azok* siccesco &c. ut nunc taceam zugemüse Germanis hodieque significare opsonia sive ferculorum genera (num ex *Saig* Brit. *ferculum*?) quæ ex aridis maxime cibis, utpote semper promtis, conficiuntur. Quamvis aliis forte placeret hocce a zu *ad*, & mus / sive gemüse / *massa*, pulmentum, deducere. Porro ut modum loquendi ἔψυξαν ψυγμοὺς Græcis scriptoribus probatum esse intelligas, huic similes alios accipe, scilicet γράψασθαι γράμματα, Luc: γράφεσθαι γραφὴν; ἀδικῶ σε τὴν ἀδικίαν. ἀκούειν τὰ ἀκουστὰ Xenoph. &c. Quicquid sit, licet vel maxime clariss. Ludolfo & nonnullis aliis absurdum obve-

niat

niat vocabulum refrigerandi ad res torrefaciendas adplicare, uſu tamen hoc ipſum haud raro venire præter experientiam quotidianam loquuntur exempla perplurima in hanc rem infra adducenda. Id ſaltem nunc dixerim Græca verba ἔψυξαν ἑαυτοῖς ψυγμοὺς aliquem ad minimum ſenſum fundere ei, qui attentius rem ipſam & curatius examinare ſatagit, ut adeo nihil cauſæ ſit de LXX Interpretibus, viris, ut fertur, & ſenioribus ſui ævi tam eruditione, quam auctoritate præcellentibus, de tam illuſtri, inquam, & per univerſum terrarum orbem celebri concilio cenſere, *quod expoſitionis hanc crucem non tollere, ſed figere maluerint, ut plane deſiſterent lectores ab ulteriori inquiſitione.* Quod pace tamen tanti viri moneo: nam mentem meam ſimpliciter proponendo, nihil exiſtimationi ullius detractum volo. Sed ad alia. Notandum inſuper eſt, quod piſces præcipui, qui in ſeptentrione noſtro ſiccari vel torrefieri ſolent, & numero plane infiniti habentur, ab ipſo ſiccandi actu dicantur Torſk/ h. e. τέρχος Græc. literis nonnihil tranſpoſitis pro Torcks. Ita & Stockfiſk/ quaſi דג שטוח. Unde Jacob. Ziegler. in Schondia p. 96. *Hæc* (Norvegia) *mittit in reliquam Europam piſcem ex genere Aſellorum*, frigore induratum *&* extentum in fuſtem, *unde & eum Germani dicunt* Stockfiſch. Et obſervari meretur Goth. ſtaga, Hebr. שטח, notare quoque perticis vel bacillis aliquid extendere, quæ extenſio uſu recepta eſt, cum ſalmones, aſelli, aliusque generis majores piſces fiſſis primo dorſis in fuſtes extenti ſuſpenduntur fumo, ſole ventisve ſiccandi indurandique. Hinc ſtaken Germ. Schotel. p. 1420. palare. Stake/ ſtiake/ ſticka Goth. pertica, baculus, bacillus, Stecke & Stecken Germ. &c. idem. Succedit ut teſtimonia proferam, quæ evincent nullam carnem aëre, frigore, calore, ventisve facilius & citius ſiccari vel torrefieri, & ſiccam melius conſervari, quam piſcium. Quin aves nec non quadrupedia animalia eodem fere modo ſiccari poſſint non inficior, ſed exenteranda ſunt illa primum, in fruſta dividenda vel findenda, & igne tandem aperto aſſanda frigendave antequam ſolis ardori ventisque exponantur, quæ opera circa piſces, imprimis minores, ſupervacanea eſt. Neque ſolum huc pertinet quod Torſk & Stockfiſk ex torrefactione nomen traxerint, verum id vel maximum meæ ſententiæ patrocinium

addit, ipſos piſcium acervos torrefactos & affatim congeſtos hodieque Stak appellari, ut videre eſt ex Arent Bergs Danmarks oc Norg. Herligh. p. m. 41. Udi Weſterhaff er itt ofermaade rikt fiſkeri af Flynder to gange om aarit/ nemlig om Waaren oc Høſten/ at de der af naar de torede ere/ ſtore Stake/ ſom Høle pa Landet opſette. Profecto veritati admodum conſentaneum, Iſraelitas, impetratâ tantâ piſcium multitudine, qui altitudinem verſus bicubitale ſpatium in ora maris per aliquot milliaria implebat, ſecutos morem piſcatoribus non minus orientalibus vel auſtralibus quam ſeptentrionalibus ſervatum, ut partem ſale aſperſam in חמרים ſive acervos congeſſerint, ut in figura *C* hic adpoſita videre eſt;



Id

Id ipsum doctissimo Willgby de Harengo minore satis superque commonstrante: præterquam quod Christoph. Fyrer von Haimendorff in Itin. per Palæst. p. 149. abunde testetur Ægyptios etiam hoc tempore perinde ac olim fortasse hujus siccandi conservandique pisces modi fuisse tenaces. Verba ejus sunt sequentia: Sie fangen auch gute Fische in dem dritte Ausfluß des Nili, so sie Cephali nennen / und fast viel Sorten von Fischen / nehmen darnach dieselbigen ohn außgenommen / schlichten ein **viereckichten Hauffen** auff den Land / und allzeit viel Saltz auff ein jedliche Lege / oben darauff machen sie einen viereckichten Hauffen Sand / damit sie es beschweren / laßens stehen bey 8 Tagen / darnach saltzen sies in Fäßer ein / etliche räuchern sie oder **dörrens** im Rauch / etliche in **Sonnen.** &c. Et p. 123. Die Calcori leben allda den meistentheil von Fischen / deren sie viel fangen / einsaltzen und darnach an der **Sonnen dörren.**

His addantur sequentes: Jonstonus de piscibus Lib. 1. c. 1. Asellus cujus species sunt Callarias, Hollandis Schelfisch, & Asellus niger, Angl. Collfisch) *exsiccatus* osseam duritiem *contrahit, nec nisi fustibus verberatus coquitur; unde* pisces fustuarii, *& German.* Stockfisch *nomen.*

Abrah. Ortelii Thesaur. Geogr. Ascania vel Ascanius, Ptolomæo Bithyniæ lacus, in agro Dascylitide — Lago de Nicea Petro Gyllio; *is oculatus testis est, dicitque eum fertilem esse piscium, quos Græci Lilingia vocant, & quos crudos* sole exsiccatos, *edere solent.*

Olaus Magnus L. 1. c. 2. de Gent. Sept. *tantaque est illic aëris temperies,* ut pisces nullo sale conditi, sed solo aëre siccati, *toto decennio a putrefactione durent.* id. c. 4. *Quinimo in Vickia Norvegiæ aliquando accidit,* ut aëre, soleque maximi pisces torrendi *e perticis tabularum, vi turbinum &c. ejecti.*

Adriaen von der Donck Niew Nederl. p. 70. Sy hebben gheen practycke om den Visch te Souten, of te wel bewaren, droogen som tijdts wel eenige die sy dan halfstinkende tot meel maeken, om des winter onder haer Pap te gebruychen.

Forbisser. Navig. p. 4. *Est enim in hac insula magna vis & co-*

pia piscium, quos ad solem & ventum exsiccatos induratosque *reponunt.*

Mich. Wex. Gyldenstolpe Epit. descr. Svec. &c. Libr. I. c. 21. de Lapponia. *Carnes ferinæ &* pisces siccati *pro pane sunt.* it. Lib. 4. c. 8. *fercula* (Laponibus) pisces aridi.

Ditm. Blefken Island. p. 33. *Pisces lapide* contusos *loco panis habent.* it. p. 38. *Pisces sub dio* cumulant, *tantaque ibi aëris puritas, ut sine sale, solum* vento soleque *durentur, felicius quidem quam si sale condirentur.* Topogr. Norveg. p. 113. Und wann sie dahin (zu die Insuln Rost und Verde) ziehen/ nehmen sie **Stangen** und **Sparren** mit sich/ ihre Fischer-hütten davon auffzurichten/ welche ohn Dach/ damit der Fisch unter offenen Himmel desto beßer **dörren** könne. — Nachmahls **hangen** sie ihre Fische über lange Qwerhöltzer oder **Stangen**/ zwo oder drey zusammen gebunden/ in ihren Fischerhütten auff **zu dörren**/ und mercket jeder die seinige. — Und ist der Fisch/ der im **Vorjahr** gefangen wird/ der **scharffen Lufft** und **Winde** halber best zu **dörren**/ derentwegen sie sothanen **Vorjahrs Fisch mehrentheils rund drögen**/ ausgenommen die **gar groß** seyn/ welche si **von einander spalten**/ wie im gleichen alle Fische / so **den Sommer über** gefangen werden.

Arent Berg Danm. oc Norg. Herl. p. 165. Da føruden huis her sammestedes udi ferske Søer falder / kand indbyggerne saa wel af Westersøen/ som af Limfiord/ haffwe atskillige slags strandfiske/ som de wide at **tørre** oc salte til deris Husholdnings behoff. p. 273. De lefve af intet andet end deris fiskeri/ som nesten gandske består udi **Torsk**/ Langer oc Helleflynder / aff huilke de **fast ingen salte**/ men **flicke** och **tørre**.

Bleau Atl. Nov. p. 6. de Island. *Pisces* (ibi) *capti* frigidis ventis exsiccantur, *ac demum in apertis campis, quasi* lignorum combustilium strues (Stake Goth. שטח Hebr.) *compositi per mensuras* longorum cubitorum *divenduntur.* & p. 8. de Norvegia *copiosa hic in mari vicino captura piscium est, & inprimis aselli piscis, quem* frigore induratum, *& in* fustes extensum *per universam Europam mittunt.*

Sanson

Sanson d' Abbeville Americ. p. 70. Nachdem aber der Fisch etliche Tagen in Saltz gelegen nehmen sie ihn wieder herauß / und legen ihn in **die Lufft** und in **dem Wind**/ und solches thun sie so offt/ biß der Fisch **dörr** wird.

Jacob. Ziegler: Schond. p. 94. *Pisces capiunt plurima copia* (Lapones) *hocque proventu vivunt Ichtiophagorum Æthiopum more, atque ut hi* fervore nimio, *sic illi* frigore *excoquunt pisces, & edomant in farinam.*

Marc. Paul. Venet. de provincia Aden p. 163. *Hos* pisces siccant *& servant, atque per totum annum animalibus edendos pabuli loco proponunt. Vescuntur autem animalia lubentius* desiccatis *piscibus, quam* recentibus. *Fiunt etiam ab incolis* panes biscocti *ex* piscibus, *idque in hunc modum. Concidunt pisces minutim atque contundunt in modum farinæ; & postea commiscent & subagitant quasi pastum panis, atque ad* solem desiccari *faciunt, & vivunt ipsi & jumenta ipsorum de illis panibus fictitiis per totum annum.* it. p. 155. *Vacant piscationibus & infinitos capiunt pisces, quos recentes &* desiccatos *vendunt.*

Jons Laurisl. Wolff. Norrig. illustr. p. 62. De henge deris Fiske op at **töres**/ oc en huar merker sin egen Fisk / som er fangen. Om **Waaren** lader de **törres rund**/ men **Sommerfisken flecke** de/ oc saa kalles den **Rotskœring**. De store Helleflyn der skœre de udi store lange smale Regle paa huer side/ oc saa **törre** dem. — Af diße Hellenflyder fangis undertiden den / hwilken saltis wel halftridie tynde af/ men for dem undertiden fattis Salt oc tynder/ da salte de icke gierne den/ och kaldes den **Qu**[illegible]**te**. p. 162. Huor udyffver mange sköne store Huse oc Boder/ er der bleffven opbygget/ oc waar en part aff dem saa store/ at mand paa en tid kunde udi ett Huus ophenge nogle Lester Sild at **roge** eller **törke**. it. p. 198. Haffve icke brod altid / men for brod bruge de **tort kiöd** oc **tör** Fisk/ som de **törre** udi **Winden**/ oc det kalder de efter deris Landswis **Skerping**.

Joh. Boem. Aubanus de mor. omn. gent. p. 9. *Victitant quoque tum piscibus partim* crudis ad solem arefactis, *partim salsugine conditis.* Idem pag. 18. *Captos pisces supra* petras *ad meridiem*

ridiem sitas, nimioque solis æstu incensas ponunt, pauloque post revolvunt.

Ol. Magn. Epit. Hist. Sept. L. II: c. 6. Tanta in base ejus (scil. rupis coronatæ] piscium multitudo hinc inde conspicitur, ut magnum stuporem visui generet, & omnimodam stomacho adferat satietatem. Pars etenim hujusmodi piscium marini laticis salsugine in planitie montani pedis aspersa, ventoque torrefacienda, spatio duorum vel trium jugerum dilatari solet super tellurem planam: pars hastis erigi, pergulisque extendi præcipue pisces majoris speciei, ut sole & aere desiccentur.

Willigby Hist. pisc. p. 221. Galli aliique harengos in sole exsiccandi artem callent & exercent. Idem in append. p. 20. Pisces exsiccati & durati aere frigidissimo, passeres, aselli: fumo omnis generis, salmones, truttæ, cyprini, lucioperca, bramæ. & p. 27. Congri — eviscerantur, sole exsiccantur, & resolvuntur in pulverem, qui in Portugallia venditur, & usurpatur vice avenæ farinaceæ.

Stephan. a Schonevelde p. 21. Ut autem pisculentæ hæ merces, sive integris constent animantibus, sive horum partibus ætatem ferre atque a putredine defendi possint, aut ad aerem & ventum, hieme præsertim siccant incolæ, aut sale vel muria, quod æstivo tempore plerumque fit. Etiam ex iis, qui continuum semestre, piscationi indulgent, condiunt. Idem p. 22. Klippfisch la molüe seche Gall. ex Asellis fit, qui interraneis & spina dorsi exemtis, leviter condiuntur sale, hinc aeri exponuntur, idque per æstatem cum sine sale explicati in sabuloso littore vel scopulis id facere non liceat amplius, fiuntque eo meliores, quo illa siccior. — Drögen Witling / Aselli molles & minores faciunt aperti, explicati, & in aëre siccati. Et p. 62. Vocantur hi (Rhombi & Passeres) siccati uno eodemque nomine Schullen (an שלוים) saliti autem saltze oder gesaltzene Schullen, sine discrimine, sive Rhombi fuerint sive passeres. Quam aliam, quæso, ob causam, quam quod infinito numero, teste eodem auctore, capiantur.

Otto Friedr. von der Gröben Guineische Reiße-Beschr. cap. 11. p. m. 103. Die Schiffe so aus Franckreich/ Engeland/ Holland und Portugall, an diese Insul (Terra Neuf) fahren/ umb trocke-

ne

kene Fische zu laden/ lauffen erstlich in einen Hafen daselbsten/ nachmahls machen sie ihre Schiffe an den Felsen vest/ bauen sich eine grosse Baraque am Lande/ von Brettern / fahren täglich mit Boten in die See/ fangen mit Angeln die Cabbelauen in großer quantitet, und bringen sie nachmals ans Land/ allwo Schiffs-Volck schon bestellet/ so die Fische reinigen/ und in der **Sonne und Lufft auff den Steinfelsern trucknen**/ welches sie so lange continuiren, biß sie eine Schiffs Ladung gefangen und getrucknet haben.

Quinto quæritur : An dentur pisces alis instructi & volatiles? Affirmatur.

Præterquam enim quod maxima pars piscium pinnis sive alis, quibus natant vel corpus dirigunt, instructi sunt, etiam multi alis proprie sic dictis, quibusque volant, gaudent. De eo non dubitare sinunt innumerorum fere scriptorum testimonia usu & experientiâ quotidianâ comprobata, quin super aquas, tractus bene longos, volando emetiantur, atque ingentibus conglomeratæ agminibus, jam totum sternere ac contegere æquor, modo in spissas nubes coalescere, mox in opacas insulas refingi videantur oculis, qui his lepidis offuciis ac præstigiis ignaros admiratione percellunt, præsagos & expertes voluptate haud mediocri demulcent: volant autem ocyssime alis humidis adhuc & madentibus. Ubi autem madore eventilato obrigescunt, in proximas sæpe naves vel patentes maris oras ceu grandinum imbres agminatim depluunt. Hinc lepide Oppianus Lib. I. de piscib.

Lolligo , milvusque rapax & mitis hirundo:
Quum timeant magnum venientem e marmore piscem:
Ex mare prosiliunt scindentes aëra branchis.
Non est volucrum species, non est Lolligo natantum,
Turmatim fertur ponto , gestitque volare :
Inferius multo se tollit mitis hirundo.
At radunt summam Milvi lati æquoris undam :
Hos nanti similes dices, similesque volanti.
Piscibus hi cœtus: hæ sunt in piscibus urbes.
Inter squamigeros populos, errantia Ponti
Agmina nonnulli collecti examine multo.

Armento & castris similes : pars ista videtur
Æqualis turmis, istos cognoscere posses
Insidiis, decadique pares : —

Ol. Magn. Epit. Libr. 21. c. 20. *Pisces præterea quidam lati corporis sunt, qui quatuor pinnas habent, duas in ventre, & duas in dorso: & hæ pinnæ, quibus utuntur, alæ vocantur: — Est etiam de supradictorum genere Ludolatra animal marinum; quatuor habens alas, duas in facie, & duas in dorso, quibus magna velocitate fertur in omnem, quem elegerit volueritque locum.*

Hirundo. N:o 8.
Jonst. Tab. 17.

D



E

Hirundo alia N:o 9.
Jonst. Tab. 17.



Ron-

Rondelitius de Pisc. Lib. X. c. 1. p. 284. *Prima omnium, scilicet piscium squamosorum erit* χελιδὼν *Græcis*, hirundo *Latinis dicta, sane perquam similis volucri hirundini. Quam ob causam idem nomen ab omnibus fere gentibus servatum est.* conf. figur. *D* & *E*.

Nehem. Grew Mus. Reg. Soc. p. 116. The *SWALLOW-FISCH* so called from the length of his Gill-fins, wich reach to the end of his tail like a pair of very long wings. By some, the Flying-Herring, from a likeness in the skape of their Body. — His Gill-fins he useth as wings, wherewith he flyeth, for escape, above the water, when pursu'd by another fisk; — Hundreds of them are sometimes seen above the water at once. When they fly, they make a kind of stridor, as some Fowls with ther wings.

Francisc. Calceolarius Mus. Sect. I. p. 75. Nec desunt in hac maritima cella pisces volatiles inclusi, operâ Calceolariâ, a quacunque macula & carie immunes: inter quos est Hirundo Plinii: χελιδὼν Græcorum: piscis qui præter aquas aëre cœloque oblectatur, & *certis notis*, volatu *præcipue illustris celebrisque fit.* Sublimis *namque ex Aristotele, more avium* gregatim *haudquaquam mare attingens*, volat, *humiliore tamen (referente Æliano) nec ita sublimi volatu, ut Loligo, quæ coadjuvantibus pinnis* longissime transiliens, in sublime se attollit: *stridet quoque volando marina hirundo.*

C. Plinius Hist. Natur. L. 9. c. 26. Volat Hirundo sane perquam similis volucri Hirundini. Aristoteles Hist. Animal. L. 4. c. 6. *Atque etiam* marinæ hirundines *quæ* sublimes volitant *hautquaquam mare attingentes*: *sunt enim eis* pennæ *latæ atque longæ.*

Athan. Kirker. Mus. p. 4. *Secundum ovatum inter octo tumentes vento genios suffixum tholo medio pendulam volucrem seu* hirundinem marinam *adspirantes exhibet &c.* Id. p. 23. *Vocatur hic* piscis volans *Hispanice* volador. Et p. 28. *Cernitur etiam ala* hirundinis marinæ *grandis admodum.*

Joh. Seldenus de Diis Syr. synt. 11. c. 3. *Ceterum illi ut obiter adnotem*, piscem borealem, *cum* hirundinino capite *pingebant, &* ἰχθὺν χελιδόνιον *vocabant, ut auctor est Theon ad Aratum.*

P 2 Carda-

Cardanus de ſubtil. Lib. X. Piſces etiam volatiles *in mari naſcuntur, quos ego vidi, parvi ſunt & alati.*

Joh. Euſeb. Nierembergius Hiſt. Nat. Lib. XI. c. 35. p. 256. Volucres piſces *habent membranaceas alas, veſpertilionum fere inſtar: iis explicatis, ad centum vel amplius paſſuum intervallum ſupervolant aquas, ut alios piſces inſequentes effugiant.*

Conr. Geſnerus de Aquatil. L. 4. p. 434. Ex his eſt χελιδὼν Græc. *Hirundo* Latin. dicta, ſane perquam ſimilis volucri hirundini: Quam ob cauſam idem nomen ab omnibus fere gentibus ſervatum eſt. Nam hujus ætatis Græci χελιδόνα vocant addita voce ψάρο ad diſtingvendum piſcem ab ave. Noſtri *Arondelle*; Maris Adriatici accolæ *Rondela* vel *Rondola*; Maſſilienſes *Rondole*. Hiſpani *Volador*. & pag. 435 volat extra aquam Hirundo, ne piſcium majorum præda fiat.

Ælianus de Animal. L 9. c. 52. *Lolligines, accipitres marini, Hirundo pelagia*, cum quippiam metuunt, ex mari exilire dicuntur: ac Lolligines quidem pinnarum longiſſimo & ſublimi tractu gregatim more avium efferri: Hirundines vero humilius volant: Accipitres denique paulo ſupra ſummam aquam maris tolli ſolent, ut ad judicandum ſit difficile, natent ne an volent.

Ovid. Naſon. Halieut. de piſc. p. 4. Hirundo *eſt piſcis* volans. Et p. 43. Volitat *in ſummo mari* Hirundo.

Georg. Marcgravius Hiſt. Piſc. L. IV. c. X. p. m. 162. *Piſcis volans* vel *Hirundo piſcis* — volat ſuper aquas inſtar hirundinis per ſpatium quantum ſclopeto pertingi poteſt: nimirum uſque dum ſicceſcant alæ, tunc enim iterum aquæ ſe immittit alas humectandi gratia & denuo volat. — Plura de his & aliis vide apud Aldrovandum Lib. II. c. 5. & 6.

Hirundini piſci, *ne ex* volatilium *ſtirpe*, inquit doctiſſ. Calceolarius Muſ. S. I. p. 75. *eſſet ſola, ſuccedit* Milvus Latinorum, *ob notas quasdam, & hic celebris; illi* volatu *&* pinnis, *quibus* alarum vice *utitur, æquandus. forte* ἱέραξ Græc. *&* ἴρηξ Oppian. Horum autem variæ ſpecies ſunt, ut ex figuris *F*, *G*, *H*, *K*, videre eſt. Idem p. 78. *Nec deſunt alii piſces, qui cum timent, exiliunt è mari &* volant, *inter quos, ut nuperrime ex Æliano dicebam,*

cebam, est Lolligo, *& ut prodit Aristoteles*, pectines *similiter* avium more volant, *jactant enim se ex aqua, jaculanturque sagittæ modo.*

Milvus. N:o 12.
Jonst. Tab. 17.

F



Milvus N:o 3. Jonst.
Tab. 22.

G



Aristoteles Hist. Animal. L. I. c. 9. Et pectines *quoties per summa humoris nitibundi feruntur, quod* volitare *dicunt, stridere sentiuntnr.*


Ælianus Lib. 8. c. 27. p.m. 174. & ex hoc Gesner. Nomencl. pisc. Ord, IX. p. 120. Pastinaca *cum natandi cupidine est*

affecta,

affecta, natare potest: cum rursus volandi *studio tenetur, sursum versus sublimis* volat. *Unde a similitudine forte* avis volantis, *Turturem Græcè nominatam aliquis conjecerit.* Et p. 21. Ex Salviano: Aquila hic piscis est. *Nam præter nomina vulgaria, quæcunque veteres* Aquilæ *tribuunt, respondent*; & alis *suis* expansis volantem aquilam *imitatur.*

H

Milvus alius N:o 22.
Jonst. Tab. 22.



Plinius H. Nat. L. 9. c. 19. Loligo *etiam* volitat, *extra aquam se efferens, quod & Pectunculi faciunt, sagittæ modo.* Willigby Hist. Pisc. p. 233. *Mugil alatus* Rondel. *Pinnæ ad branchias, quibus ad* volandum *interdum abutitur, longissimæ sunt, ut quæ ad caudam proxime attingant, cumque explicantur, satis latæ, velut alæ.* Idem in appendice p. 18. *Tanta denique inter* pisces volatiles *discrepantia â capite ad caudam, ut nihil fere inter se commune habeant, quam quod* alati & edules *sint.* — *Merito* Hirundinis nomen *illis attributum ob* volatum, *quia demisse, earum more,* volitant, *atque instar illarum avium quæ e flumine aquam hausturæ, vel e terra festucas collecturæ.* Millenos *videre est ex Oceano subito se levantes; qui dum fuga sibi consulunt, ut rapaces pisces inprimis* Delphinos *(præsertim illos* Guaracapema & Dorado *dictos) evadant, subinde a circumvolantibus avibus in ipso aëre capiuntur, Charybdinque evitantes in Scyllam incidunt; mox iterumque ad humectandas alas (quæ brevi temporis spatio exsiccantur)*

tur) leviter aquæ superficiei se immittunt; unde fit aliquando, ut in naves præcipitentur, grataque præda fiant pubi nauticæ, quæ coctas pro grato alimento Halecum *loco opponunt.*

Verum antequam plura de piscibus volantibus adfero testimonia, in castrametationem Israelitarum, ubi illa erat, cum hoc miraculum edebatur, primum mihi est inquirendum. Ex capitis Numerorum Decimi v. 12. in deserto Pharan non procul a mari rubro Israelitas castra sua posuisse constat. Inde Drusius in Critic. ad Num. XI. v. 31. ita disserit: *aut a mari algoso, quod vocant mare rubrum. a quo non longe aberant.* Nec non Jacob: Zieglerus in terræ sanctæ doctissima descriptione p. m. 76. *Castrametati sunt juxta* mare Zuph. *Hæc videlicet est ultima castrametatio, super* mari rubro. *Hoc loco populus pastus fuit* coturnice sub vesperam, *& in diem posterum pluit Manna.* Sed aliorum in hanc rem testimonia supervacuum est producere, cum abunde nobis sufficiat unum illud Mosis, a quo ceteri omnes sua sunt mutuati. Etenim ille in cap. Num. 33. recensitis ordine Israelitarum, postquam Ægypto exierant, stationibus singulis, hujus quoque, quam intendimus, in versu 10. Sequentibus mentionem injicit ויסעו מאילים ויחנו על ים סוף h. e. *& profecti ex Elim,* (an Eilan s. Hilan hod. ?) *& castrametati sunt ad mare Suph.* Evincunt hæc ipsa & inprimis particulæ על genuina expositio, eos *prope ad mare rubrum* castra fuisse metatos, ut adeo manifestum sit, quâ inducti causâ fautores sententiæ vel Josephi, qui *coturnicem* malunt, vel Ludolfi, qui *locustam*, coacti sunt, veram patriculæ מן notionem *ex* relinquere, & aliam, ut pote *trans* in Bibliis Hebraicis nunquam recurentem excogitare. Fieri vero nequibat, ut secundum hunc positum (dispersi enim erant usque ad oras maris rubri) aves vel locustas ab istac parte accipere potuerint. Unde

Sexta jam oritur quæstio: Num scilicet in Mari rubro inveniantur pisces volucres? affirmatur.

Qua occasione illorum quoque occurrendum sententiæ, qui pisces alatos non nisi intra tropicos reperiri opinantur. Ut autem ab Arctoo nostro incipiamus, alatos

In

In MARI DEUCALEDONIO

piſces haberi conſtat, interq; eos unum imprimis, qui dicitur *Piper* Cornubienſibus; Söe-han/ Norvagis; See-hane Germ. Lucerna ſ. Cuculus, Bellon. Lat. Lyra prior Rondelitio, eminere.

Piper, Lucerna, Cuculus Bellonii; an Milvus alat?. N:o 5. Jonſt. T. 22.

K



Eſtque hic ipſe qui In MARI BALTHICO

præcipue ad Boruſſiam & Holſatiam magnâ copia reperitur, vocaturque a terræ ſanctæ incolis Sehe-hanen / atque Kurre-fiſch / *a ſono vel ſtridore, quem captus, vel ſi frons digito feriatur, edit, aliàs piſces vocis expertes ſunt.* Schoneveld. Ichthyol. p. 32. Probe itaque attendendum eſt, piſcem hunc *Piper*, triplici potiſſimum nomine alios antecellere, *voce* nimirum, *fulgore* & *volatu.* Mutis enim exiſtentibus aliis hic fere ſolus vocalis eſt. Et ſi fides habenda Fabricio, & qui hujus veſtigia legit, Geſnero, p. 499. Piſcatores ex ejus voce, propinquæ tempeſtatis certiſſima omina & auguria captant. Deinde in tenebris micat atque coruſcat. Denique celerrime volat. Hinc cum illi a piſcibus majoribus, ut doctiſſimi Calceolarii verbis de piſce volucri utar, *tendantur inſidiæ; quo ſic natura ductante, inſtantes ſibi in mari hoſtes evitet, illorumque præda non ſuccedat, ſuis innixus viribus, e mari erumpit, ac per aëra evolat, ibique ſe ipſum incolumem ſervat.* Quæ omnia præſtantiam piſcis, & qua gaudet præ aliis, prærogativam maximam arguunt. De hoc nobili piſce diſſerit quoque Geſnerus p. m. 499. dicendo: Affertur ad nos e Dantiſco: nam eſt in *Boruſſiæ litoribus* frequens.

In

In MARI GERMANICO,

Inter Angliam *&* Norvegiam *invenitur piſcis, qui habet duos pedes & quatuor* alas: *quæ moventur flexæ ad interiora ventris & pectoris ſui, ſicut aliarum avium alæ.* Ol. Magn. Epit. L. XXI. c. 20.

In OCEANO BRITANNICO

Invenitur Piper *Cornubienſibus dictus:* Willigby Hiſtor. Piſc. p. m. 282. nec non Gornatus *ſeu* Gurnardus *griſeus.* An Hirundo Aldrovandi? idem p. 270. & 280.

Ad FRETUM HISPANICUM ſ. GIBRALTAR.

Milvus, Hirundo Plinii & Lyra: *Sunt teſtes qui ad Herculis columnas navigarunt, ubi tanta aliquando* volantium hirundinum *turba conſpicitur, ut non piſces, ſed* aves aquatiles *eſſe credantur.* Geſner. p. 434. & Jonſton. Hiſt. Natur. p. *65.* & *66.*

Inter BRASILIAM & PORTUGALLIAM

Denſis agminibus volant (Hirundo & Cuculus) *& aliquando* milleni, *ſæpe* centeni *capiuntur.*

William Lithgow Voyage p. 327. *In theſe circumſtances af time, j remember almoſt every day, wee would ſee* flockes *af* flying fishes, *ſcudding upon the curling water, ſo lang as their finnes be wet, wich grow from their backe as feathred wings doe from fowles: but when they grow drye, they are forced to fall downe and then flye along. their flight will bee the length of a cables rope, untouching water.*

Georg. Meiſters Orientaliſche Kunſt-Gärtner p. 14. Was ich aber ſonſt umb dieſe Gegend (Spaniſche See) bemercket/ ſind die fliegenden Fiſchen/ oder wie man ſie nennet/ weiße und ſchwarße Waßer-Mewen. Sed vereor ne Auctor heic confundat Laros cum piſcibus volucribus?

Ex navigatione cujusdam Hamburgenſis edit. A:o 1549. in 4:to. *Cum inter Braſiliam & Portugalliam navigaremus, tandem omnino meridiem verſus deflexímus, invenimusque paſſim plurimos* volantes piſces, *qui alios forte perſequentes fugiebant,* denſis agminibus *ita ut* catervæ *aliæ circiter* centenas, *aliæ ad* millenas *viderentur. Eorum aliquando unus & alter in navem noſtram incidebat.*

In MARI MEDITERRANEO

Capitur Hirundo *Aldrovandi* Willigb. pag. 281. item Lyra

Rondelitii. p. 282. Milvus Salviani, Bellonii & Aldrovandi. Lib. 2. c. 5. Hirundo Rondelitii Gesn. p. 514. Rondine Romæ in Sicilia & Melita, Falcone, the *Flying Fish.* Willigby p. 283 & 284. conferatur quoque Joh. Leerii Burgund. Hist. Nov. Orb. part. 3. c. 3.

In MARI SYRIACO.

Salom. Schweiger Schiffart aus Ægypten in Palæstinam p. m. 277. Wir sahen auch zu diesen mahl **fliegende Fische** die mit Floßfedern hoch über dem Waßer bey einen Büchsenschuß fern flogen.

In MARI ADRIATICO

Cuculum quoque reperiri, ibique ab accolis Rondele vocari, testis est Gesnerus p. 434. Huncque eundem

In LITORE GALLICO

nomine *vit volant* Gallis venire, & Gesnerus l. c: & Willigby pag. 284. affirmant.

Ad INSULAS CANARIAS.

Dampier Voyage to new Holland p. 13. We had brisk N: N: E: and N: E: winds from Teneriffe; and saw *Flying Fish*, and a great deal of sea-thistle weed flouting.

In OCEANO intra TROPICOS.

Joh. Leerii Burgundi Navigat. in Brasil. cap. 3. *Ad tertium fere gradum citra Æquinoctialem pervenimus, ibi maximam sunm marinorum copiam — ex aliisque generibus quamplurimos cepimus. Quo in numero erant* piscium volantium, *de quibus, cum nautæ mentionem facerent, existimabam nobis imponere velle; donec ita se rem habere comprobavit experientia. Tum e mari emergere, &* sublime volando gregatim *petere* pisces *vidimus, in morem* alaudarum sturnonumque, volatus *vero* altitudine hastam *æquabat,* longitudine centum passus. *Sæpenumero ad malum impingentes cadebant, & manu facile capiebantur. Piscis est, ut eundo & redeundo animadverti multoties,* haleci *valde similis: paulo tamen longior & rotundior: habetque sub gutture paleolam,* alis *ad modum* vespertilionis *toto corpore contextis porrectisque;* sapore *autem* svavissimo *&* probatissimo. *Ceterum quoniam hujus generis nullum citra Tropicum Cancri videram, primo existimabam, qvod calore gauderent, sub Torrida Zona degere, in neutramque partem*

polos

polos versus excedere. Sed cum quidam scripserint marinas hirundines, *prope* fretum Magellanicum *videri: quas opinor easdem esse, rem in medio relinquere visum est.*

Hieron. Benzon. Hist. nov. Orb. cap. I. *Porro quum quatuordecim dies prospero vento* (a Canariis) *navigassemus, ingentem vim marinarum avium repente conspeximus: unde non sine incredibili animi voluptate nos haud procul abesse terra, judicium faciebamus.* Nocte *quoque sæpius* volucres *quidem* pisces, *longitudine palmi, in navem nostram* volitantes *cadebant, quibus haud multo secus atque piscis vespertilionibus species quædam alarum inerat.*

Georg. Marcgrav. Hist. pisc. L. IV. c. 11. *Miivipira & Pirabebe Brasilianis, Peixe Volador Lusitanis.* Piscis volans, *vel* hirundo piscis*: variæ est magnitudinis: major erat* Halece, *quem hic describo, & formæ rarioris.* — Volat *hic piscis super aquas instar* Hirundinis *per spacium, quantum sclopeto pertingi potest: nimirum usque dum siccescant alæ, tum enim iterum aquæ se immittit alas humectandi gratia & denuo volat. Natura autem huic pisci alas dedit ut se salvare posset, dum hostis ejus* Dorada *magna caterva ipsum persequitur. Sæpissime* mille *eorum simul volantes vidi in* Oceano Tropicis *interjecto: interdum etiam volando incidunt in naves, ut nobis etiam factum memini. Caro boni est saporis cocta.*

Guill. Dampier nouv. Voyag. p. m. 92. *A trois degrez de latitude meridionale nous eumes le vent* Sud-Est (תימן וקדים) — *durant tout ce tems là nous ne rencontrames rien de remarquables non pas même un poisson, si ce n' est de* poissons volans.

Rochefort Hist. Nat. & Moral. c. 16. art. 1. p. m. 183. — *Dés qu' on a passé les Canaries, jusques à ce que l' on approche des Isles d' Amerique, on voit sortir souvent de la mer,* grosses trouppes *de* poissons, *qui* volent *la hauteur d' une pique, & pres de cent pas loing, mais pas d' avantage: par ce que leurs ailes se sechent au soleil. Ils sont presque semblables aux* Harangs; *mais ils ont la teste plus ronde, & ils sont plus larges sur le dos. Ils ont les ailes comme une chauve-souris, qui commencent un peu au dessous de la teste, & s' estendent presque jusques à la queüe. Il arrive souvent, qu' ils donnent en volant contre les voiles des Navires, & qu' ils tombent même en plein jour sur le tillac, ceus qui en ont fait cuire, & qui en ont mangé les trouvent fort delicas.*

Guy Tachard Voyage de Siam Lib. I. pag. 27. *Il est vray que nous ne commençames à trouver beaucoup de poissons qu' a cinq ou six degrez au de ça de la ligne.* — p. 33. *Nous rencontrames beaucoup moins de Bonites qu' on ne fait ordinairement, peut etre a cause qu' il n' y avoit pas alors un si grand nombre de* poissons volans *dans ces mers. Nous ne laissâmes pourtant pas de voir plusieurs* bandes *de ceux-ci s' elever en l' air environ huit ou dix pieds de haut, & voler cinquant ou soixante pas avant que de se replonger dans l' au pour moüiller leurs ailerons, & prendre de nouvelles forces contre les Bonites, qui souvent les attrapent à la remise, ou qui sautent hors de l' eau pour les prendre en volant.* — *Un de ces poissons se trouvant un jour poursvivy de pres sauta dans notre navire, & donna dans la tête d' un Pilote.* — *Il etoit de la figure, de la couleur & de la grosseur d' un* Harang, *le dos un peu plus epais & le devant de la tete arrondi comme le Rouget auec des ailes au dessus des oüyes fort semblables à celles des chauve-souris.*

Joh. Ludwig Gottfrid. Hist. Antip. p. 13. Boladores seind **fliegende Fische**/ die man in den Tropicis findet/ haben zu Feinde Dorados, welche sie verfolgen/ daß sie die Flucht geben müßen.

Olof Erichsons Willmans Resa til Ost-Indien p. m. 576. Then 6 April seglade wi then stora Öön S. Jago eller Jacob förbi med många höga Berg/ ther bran eld på åtskillige plaßer om Natten. Then 8:de sågo wi först **flygande Fisken**/ såsom **Sillar**/ hwars wingar the woro som en Läderlappo: The kunde och flyga så långe som Wingarna woro wåta.

Joseph. de Acosta Hist. Nat. & Mor. L. 3. c. 17. p. m. 45. Boladorus (*dat is* vliegende visch *geseyt*) *is en ander soorte van viskens, die men in de Zee binnen den* Tropicos *vindt, ende ick en weet niet, dat se buyten dien gevonden wort. Desen worden van de Dorados vervolcht, ende om haer daer van te bevrijden, heffen haer uyt der Zee op,* vlieghende, *alsoo een goet stuck weeghs door de lucht heen waerom die* Boladorus *genaemt worden, hebben vleughelkens gelijk als van styf doeck ofte parckement. die haer een poos in de lucht ophouden. In het schip daer ick in voer, vloogh ofte sproncker een in, die ick de ghedaente van de vleughelen sach, ende waren als ick ghefeyt hebbe.*

Francisc. Draken Navig. 2: in Ind. Occid. p. 16. no. 19.

Piscis

Piſcis volans (*ſeu* avis *potius*) *ad vivum expreſſus, quales in mari Atlantico innumeri inveniuntur, ita ut aliquando in naves cadere ſoleant, cum enim ad 200 paſſus volarunt, in mare rurſus decidunt. Aliquando magna copiâ convolant, ut Delphino vel Bonito, qui etiam marinus piſcis eſt, & ipſis inſidias ſubinde ſtruit, reſiſtant, ultra dimidiam ulnam in longitudine habent.*

Paralipom. Amer. fol. 86. *Jam* volaticos *tibi narrabo* piſces, *poſtquam ſuperius in Manatis terreſtres expoſui.* Baladores *communi nomine dicuntur, noruntque volare aliquantum, verſanturque ut plurimum in ea parte* Oceani, *quæ intra* Tropicos *continetur. Hos inimico odio perſequuntur* Dorados (Auratæ,) *quæ illos, poſtquam natando hoſtem effugere non valent, ad volatum confugere cogunt.*

Conferatur quoque Otto Fridr. van der Groben Guineiſche Reiß-Beſchreib. p. m. 16.

Franciſci Calceolarii Mus. S. I. p. 75. *Poſtquam autem in duos hos piſces ob* volatum *celebres, incidit ſermo, obiter, ut quid memoria dignum, referam, quæ ab iis, qui orbem luſtrarunt, traduntur. Scribunt namque circa Africæ litora, non longe a Guinea,* gregatim, tantaque copia ſimul piſces evolare, *ut procul conſpicientibus* inſula *quæpiam ſpectari videatur.*

Juxta PROMONTORIUM BONÆ SPEI

navigantibus in Indiam orientalem magnâ copiâ *ſe offerunt hi piſces, & quandoque in naves ſponte decidunt,* noctu *præſertim.* Wormius, & ex hoc Willigby p. 284.

In OCEANO OCCIDENTALI

Ad *Pernambucum* & *Braſiliam.*

Arnold. Montan. Amer p. 387. Die Zee is ongemein viſchrijk. – *Die vliegende Viſchen* hebben gedaente van Haeringen, maer nergens na zulk een groote: op haer vleugels beſtaende uit kraekebeen, vliegen ze zoo lang nat blijven. Geen ellendiger viſch als deſe. Doorgaens ſchoolenze als een wolke te zaemen. Terwijl voor vervolgende viſchen uit zee opvliegen, worden van de Meeuwen in de lucht gegeten.

Jonſton. Hiſt Nat. p. 10. *Conſpecta in novo orbe* volantium (Harengorum) *nubes.*

Juxta FRETUM MAGELLANICUM:

Colondrinos piſces ulnæ menſura longos, apprime volandi

facultate valere, iisque acerrimos hostes esse Auratas, reliquos quoque pisces. Fr. Calceol. Mus. p. 77.

In OCEANO ORIENTALI.

Joan Neuhofs Sinische Reiß-Beschr. p. 227. So bald wir waren in die See kommen / und gemeltes Eyland (Pulo Tymon) nunmehr aus dem Gesichte hatte verlohren / sahen wir mit höchsten Verwundern und Entsetzen **fliegende Fische** / welche bey **gantzen Schwarmen** / aus dem Waßer heraus setzten / und sich in die Lufft schwingen. Ehe ich mit den wenigen / so noch hinterstellig / unsere Reiße beschliesse / wil ich die Art und Eigenschafft dieser fliegenden Fische in etwas berühren / auch dero Gestalt im obenstehenden Kupffer recht lebendig vor Augen stellen: Sie werden von andern Fischen / sonderlich Tonnyen / sehr begierig gefreßen. — Dannenhero auch solche Fische nimmer allein schwimmen / sondern sich bey **großen Hauffen und Schwarmen zusam̃enhalten.** So bald sie ihre Feinde / die ihnen im Meer nachstellen / ansichtig werden / machen sie sich entweder mit Schwim̃en auff die Flucht / oder **fliegen mit ihren Flügeln** zum Waßer hinaus; welches offt in **so großer Menge** geschicht / **daß man das Wasser unter ihnen kaum sehen kan.** Es flogen diese Fische vor unsern Augen so hoch aus der See / **biß an die Helfte des Mastbaums**; in die Länge aber kön̄en sie nicht viel weiter / den 150 Schritte kom̃en. - Im fliegen vergeßen sie zuletzt des **Schwebens** / **Regens** und **Bewegens**; denn sie so offt aus Mattigkeit / gegen die **Segel** oder **Wände** / bisweilen auch auff dem **Uberlauff** der Schiff / in **großer Menge niederfallen** / und mit den Flügeln an der Wand hengen bleiben. &c.

Willem Isbransz Bontekoe van Hoorn Avontuerlyke Reyse p. m. 16. & 17. Wy waren doe met ons 72 persoonen in de boot, saghen malkanderen met bedroefde Oogen aen, hebbende noch eten noch drinken, daer en was gheen meer broodt, noch de Mieuwen quamen niet meer, en het wilde niet regenen. Doen 't nu weder op het onghesienste was om 't leven te houden, soo quamen (door des Heeren barmhertigheyt) onversiens *uyter Zee opbarsten, een parthey vliegende Vischen*, zynde so groot als een groote Spieringh, in maniere als een School-Muschen, en vlogen in de boot. Daer wast doe aen t' grabbelen, elck dee syn best om wat te krijghen

hen. Wy deylden die om, en aten die raw op, en *smaeckten als honigh.*

Afbeeldingen van allerhanden figuren. Amsterd. sine nomine Auctoris & anni.

Dee *Zeeharder* ist een vliegende visch, die menighmael
in de Schepen komt vliegen.
Die het niet gelooft leest Bontekoe die daer van schrijft
en sael daer niet om liegen.
De Zeewinck en Zee *Zwaluwe* wonderlijk van aert.
Zy eeten en drincken, maer wynick van waert.



§. XIII.

Quemadmodum ex allatis satis superque constare arbitror, ubi & quo potissimum in loco, tempore editi miraculi, castrametati fuerant Israelitæ, pisces item alatos ubique fere locorum, præcipue vero intra Tropicos, ubi & Mare Rubrum, copiosissime videri; ita heic mihi dispiciendum restat, quo maximè vento pisces ima maris parte exciri & in litus vel continentem agi & propelli poterant. Ex Mappis Geographicis comperimus Mare Rubrum sive Sinum Arabicum, Mari Indico excurrentem, ab Euro-Notho, Zephyro-Boream versus sese protendere, ut adeo ventus, qui secundum Maris Rubri longitudinem flare concipitur, ab Euro-Notho spirare debeat, ut ex apposita figura, partem Maris Rubri superiorem cis Tropicum Cancri, ad exemplar novissimæ Nic. Vischeri tabulæ repræsentante, videre est. Multum vero abest, ut diversos ventos קדים & תימן, quorum mentionem injicit David Ps. 78. v. 26. cum eruditiss. Boscharto & Ludolfo eosdem fuisse

isse existimem. Etenim hæc adsertio nonnihil contorta esse videtur, ut eorum scilicet inserviat Hypothesi, qui שלו *Selav*, aut per coturnicem aut Locustam explicant: Siquidem Eurus vel רוח קדים coturnices ex Ægypto, quod Boscharto placet, advehere nullo modo potuit: ut taceam quod neque Auster, vel תימן directe flans, modo locum in quo castrametati tum fuerunt Israelitæ respexeris, id præstare potuerit. Ast clariss. Ludolfo locustarum adventum ex Arabia statuenti à latere, vel fere contrarius est auster, & Euro-Nothus, in totum verò favet Eurus. Quod prævidens facile summus vir de vento hoc non multa disseruit, nisi quod in commentarii p. 126. Lectorem remittat ad clariss. Boschartum, qui Davidem קדים & תימן pro uno eodemque habuisse vento adfirmat, addendo simul ex Boscharto Veteres, cardinales ventos non nisi in Boream & Austrum distinxisse. Porro ad quæstionem Anonymi: *Qualis ille fuerit ventus, cum duo* Psalm. 78. v. 26. קדים Eurus & תימן Auster*nominentur? Et an simul an successive flarint? utrum etiam naturalis fuerit annon*? in Dissert. p. 41. ita respondet: *Quæstio ista nostram principalem non ferit*: nec non p. 42. ad instantiam Anonymi sequentia regerit. *Quæ ad hanc quæstionem vel controversiam eruditè disputantur, nos suo loco relinquimus.* Præterea cum de loco, in quo castra sua posuerant, & unde Selavæ advenerant, agit, adeo obscurus videtur, mihi ad minimum, cui Lynceis uti oculis rarò contingit, ut aliter non percipiam, quam quod Sinum Persicum cum Arabico, naturâ tamen ab hoc dissitissimum confundat. Indicat hoc ipsum exegesis ejus in comment. p. 186. ad verba textus: *& ventus profectus est à Domino & abripuit Selavas a mari: Rubro scilicet late sumto, ut etiam Sinum Persicum complectatur.* Pro mendo typographico hæc interpretari conabar, usque dum ex alio loco comperi Auctoris hanc esse mentem. Etenim in Dissert. part. 2. p. 43. Anonymum refutaturus ita loquitur: *nisi trajectum afferamus, nullam probabilem rationem dari posse, cur maris hic fiat mentio. Nam in communi loquendi usu, si res cis mare reperta, ad nos afferatur, nullam maris mentionem facimus. Ita hic simpliciter dicere suffecisset, ventis australibus vehementibus Selavas advectas.*

Tum

Tum enim quivis intellexißet quod etiam ex Australibus regionibus, speciatim ex Arabia, *quantacunque inter* Sinum Arabicum *&* Persicum *extenditur, venerint. Occurrere quidem nititur huic rationi auctor noster* (Anonymus) *dum nobis coturnices tanquam aquaticas vel litorales aves, quæ in algis maris rubri nidulentur, repræsentat: quasi propterea à mari abreptæ in textu dicantur:* In verbis autem insequentibus adventum Locustarum ex Africa infert Cl. Ludolfus, *non quidem* (ita verba ejus sese habent) *ex ea Africæ parte, quæ Ægypto vicina est, sed paulo superius, Habassiam versus &c.*

Quidquid sit, de vento parum solicite videtur disquirere, quod mihi non arridet eam potissimum ob caussam, quod sanctus David hanc circumstantiam memoret & diligenter quoque describat verbis Psalmi supra citati; ויסע קדים בשמים וינהג בעזו תימן *proficisci fecit* Eurum *in cælis, & induxit in fortitudine sua* Austrum. Attendas quæso, quam egregie hæc meæ faveant sententiæ. Nimirum Euro opus fuit, ut aqua maris rubri ab incumbente mari Arabico & Indico magis commota, pressaque versus extremitatem, (ubi & promontorium Pharan) altius ascenderet, & cum hac pisces hi, procellas quam maxime evitantes, in unum cogerentur. Auster vero vel seorsim flans, vel Euro junctus, ut vult Boschartus, iisdem piscibus in litus & castra Israelitarum ad mare usque extensa circumquaque propellendis inserviret. Hoc etiam hisce in regionibus evenire, ex piscatoribus nostris & maris Balthici præcipue accolis percepimus: Scilicet quod pisces in specie minores, flante Austro tum magis quam aliàs litora atque continentem petant; ut adeo illud cantilenæ heic satis notæ locum dederit:

I stora Roslags Skiär när Wädret blås i Söder
Fins ther et Slag af oß/ som kallas Tusen-bröder;
Och fast then liten är och kan ej mycket prunka/
Så kommer han likwäl thet Gubbe-skägg at runka.

Id vero quod ad mare rubrum adtinet, observari meretur, Euro-nothum in eo maximum ciere motum: alii enim venti a continente, & montibus, quibus undique fere clausum est, impediti vim suam in id exercere nequeunt. In australibus

libus quoque locis flante Euro-notho vel austro pisces alatos, latentibus etiam aliis, frequenter videri testantur multi, & in his Dampier Itiner. pag. m. 92. A trois degrez de latitude meridionale nous eumes le *Vent Sud-Est* (quasi תימן וקדים) il y demeura assez long tems, & souffla assés gaillardement. Durant tout ce tems la nous ne rencontrames rien de remarquable; non pas même un poisson, si ce n'est *des poissons volans*, dont on a fait si souvent la description. Et Rennefort Hist. des Ind. Orient. p. m. 40. Lors que la mer est émeüe, les marsouins sautent en si grande quantité, qu'elle en est quelque fois toute couvertes l'espace de trois ou quatre lieües. Les *Bonites* communement grosses comme de saumons sont melez parmy les marsouins: les *poissons volans* de la grosseur, & presque du goût des harancs, *s'elevent en l'air*, & donnent souvent dans les voiles &c.

Et est certe in Indiam navigantibus notissimum, pisces volantes eò quam maxime ferri abducique, quo venti flant spirantque. Hinc quoque egregie atque notanter Oppianus Lib. I. de piscibus hisce volatilibus aliisque ejus generis.

Exhorrent nigram *magno stridore* procellam:
Formidant gelidam brumam fluctumque furentem:
Accumulant circum terram, sabuloque teguntur.

Et Plinius Lib. 18. c. 35. Loligo volitans, *conchæ adhærescentes echini affigentes sese, aut* arena *saburrantes*, tempestatis *signa sunt*. Quam cum ventis sympathiam, non vivis tantum, sed quod magis mirandum, etiam mortuis inesse, testatur doctiss. Kirkerus Mus. c. I. p. 4. dicendo: *Magnes Æolius: & est* piscis volans, *quem* Hirundinem *vocant* marinam, flantem ventum *intra cubiculi laquearia designans*. Ibidem cap. 2. *Secundum ovatum inter octo tumentes vento genios, suffixam tholo medio* pendulam volucrem *seu* hirundinem marinam *adspirantes cum hisce inscriptionibus exhibet, quarum prior ex* Mar Ephrem *deprompta sic habet. Sapientia thesaurus inexhaustus, quicunque eam invenit, beatus ille. speciem enim sub humano habitu divinam geret amicus Dei & hominum factus. Alterum Ægyptiacum effatum ex Adris sive Mercurio trismegisto desumtum, cujus*

jus verba sunt. Est cælum superius, est cælum inferius, omnia supra & omnia infra, hæc intellige & properare. Hirundo *porro* marina *hujus ovati centro intra orbem seu stellam nauticam pendula* mirificum sympathiæ experimentum *monstrat, scilicet* piscis *est* volatilis, *qui undique lateralibus fenestris ac rimis occlusis forinsecus spirantis* auræ proditor *est.* Hinc Gesnerus de Aquatil. p. 308. Cuculus Bellonii: See-Han Germ. i. e. Gallus marinus; *forte quia istiusmodi pisces* suspendi solent aridi, *ut pro vario corporis motu & capitis obversione* ventos *ac* tempestatis mutationem, *sicuti cantu* gallinaceus, *indicent.*

Septimo quæritur: An etiam alii pisces præter volatiles vel sponte, vel a causis externis impulsi, in ripas atque litora maris nonnunquam projiciantur? Affirmatur.

Hanc verò quæstionem antequam adgrediar præmonendum esse videtur, non ea fini agitari hanc quæstionem, ut de miraculo extractorum vi venti Selavim, velimus quicquam detractum. Namque miraculosum satis est postridie evenisse, quæ eventura nomine Dei omnipotentis pridie Israelitis prædixerat Moses. Certos item & peculiares ventos jussu Dei eò spirasse quò dirigere hos volucres voluit Deus. Arguunt illa satis res creatas in universum omnes, imo ignem, aerem, aquam &c. inservire & obsequi voluntati Divinæ, quandocunque supremo rerum moderatori ita visum fuerit. Hinc est, quod miraculi loco habuerunt populi tempestate perterrefacti, quando Servator ventum objurgavit dixitque mari, *sile, obmutesce*; inter se commurmurantes: *Quisnam iste est, ut etiam ventus & mare auscultent ei?* Marc. 4: v. 41. Adducuntur vero sequentia eam tantum ob causam, ut adpareat nullum hic reperiri prædicatum, quod non melius ad pisces etiam non volantes, quam locustas adplicari possit. Sic cum Cete nobis Sill-Drake/ h. e. *terror halecum*, dictum, haleces persequi & insectari instituit, in examinibus præprimis observare licet, totum agmen, quantum est, ob metum fugiens, in syrtes atque litora maris sæpe effundi. Sunt & aves quædam marinæ, *Mergi* Latinis dictæ, antiquis Gothis Suleg & Sule/ aliis Suale Hebr. שלך Finn. Calacaja; Angl. *Scheldrake.* Germ. Scholuforn

ckorn / Scholuchern & Scholucheretz. Pomeranis atque Stetinis Schalukren / Schalueren / Schaluchern & Scholuchern / an Seleucis? Plin. Hæ statis anni temporibus magno numero coëuntes, continua in mediis aquis corporis sui immersione, alarumque pulsione & collisione, nec non mutuo clamore ingentem excitant strepitum. Quem ubi animadvertunt pisciculi, ut haleces minores, gobiones, apuæ, sprattæ &c. præ metu in litora mox aguntur multitudine innumerabili plane & confertissima, ut crederes datâ operâ eos coacervatos & accumulatos, (unde & hodiernis Svedis Skræckor & Körfogel audiunt. h. e. *aves terrentes* & *fugantes*: scilicet pisces) Homines autem qui oras maris atque lacuum accolunt, & tempus bene observant, statim præsto sunt, & retibus, nassis, aliisque instrumentis piscatoriis tantum piscium sæpe occupant, quantum rei eorum familiari per annum sufficiat. Quamobrem & hisce gratificaturi avibus, volunt easdem extra teli jactum esse. Sed & natura atque sponte sua, pisces, tempore inprimis verno & autumno litora petere, præter experientiam quotidianam, innumera comprobant testimonia. Hinc Ælianus de Animal. L. IX. c. 57. p. m. 205. *Ineunte* vere, *cum cœlum serenum est, & dies læti illucent, & herbæ prata convestiunt, plantæ virere incipiunt, tum pisces maris tranquillitatem & temperiem sentientes, ad* extimum *ac* summum mare *efferuntur, vagosque & saltatorios agunt motus, & tanquam peregre redeuntes* prope a continenti *natant*. Idem c. 39. *Pisces qui in* mari degere solent, *prope fluvium aliquem aut lacum, cum vicini ad pariendum fuerint, e* mari in illos *subeunt, aquam scilicet à* ventis & fluctibus quietam *cupide amplexantes*.

Willigby p. 222. *Spratti & Sperlingi: qui quoniam in profundo plurimum versantur, quemadmodum & in mari, circa* Pascha *duntaxat in summas aquas emergunt,* aut loca vadosa adeunt, *eâ tantum tempestate piscatorum retibus implicantur, ut & de carpionibus in lacu Winander-mere captis observatum est.*

Ol. Magn. Epit. L. XX. c. 9. *Sæpe etiam accidit, ut* sævientibus tonitruis, angvillæ *tanquam non securæ in gurgite,* aquis exilire *volentes, vel retibus, vel hamis, vel cassibus, ac ligneis ædificiis*

ciis quadratis perforatisque, *in* maximo numero capiantur: *Et hinc est major incolarum proventus*, *quando* tonante cœlo *ab antris excitantur anguillæ, alias difficulter exituræ.* ibid. c. 10. p. 167. *Ubique etenim* tanta piſcium *occurrit* multitudo, *ut quibuscunque piſcatoriis instrumentis*, *etiam singulis membris applicatis*, *facillime capiantur*, maxime in finibus maris, *& fluminibus*, *quo* magna ſocietate *se recipiunt piſces*, *ut* tranquillius tempeſtatibus *liberati ac securiores degant.* cap. 11. *Quidam etiam* foſſas *faciunt juxta* fluminis ripas, *ut aqua ingrediatur*, *tabulisque obstruunt*, *ut piſces* quietem capturi, *ibi delitescant*: *qui deinde per insidias rapiuntur: idque frequentius* autumno, *quam æstate contingi propter* ſæviores tempeſtates. cap. 31. p. 172. Halec *in* litoribus *meridionalibus Gothiæ terræ Schoningiæ*, *veteri jure ad regnum Gothorum*, *sub principio Autumni in tanta multitudine plerumque capitur*, *& infinitis in vasis sale conditur, exportaturque*, *ut sufficiat in salsamentorum genere*, *majori parti totius Europæ cibandæ*: *congregantur enim illic super* latas longasque ripas *in domiciliis*, *& tentoriis spatio duorum mensium*, *ex omnibus vicinis nationibus diversæ sortis mercatores, pretio vel rerum commutatione hujusmodi halecem ementes*, *ut navigiis abducant. Evenit plerumque vel levissimo pretio comparari queat*, *ex maximo ejus accessu*; *quoniam tam* vaſta *in* multitudine litoribus offertur, *quod non solum retia piſcantium lacerentur*, *sed etiam in* agmine *illo* bipennis, *vel* lancea militaris *in* medio piſcium immiſſa firmetur; — *Est etiam eodem* tempore *copiosissima halecis piſcatura in* litoribus Angliæ *&* Scotiæ *&c.* — p. 173. *Hujus piſcis maximo motu*, *& reflexu vasti sui agminis quasi* fulgura *&* coruſcationes *per æquora excitata apparent*, fulgura halecis *communiter nuncupata. Ubicunque super aquas in mari lumen videt*, gregatim adnatat, *& hoc astu ad retia statis temporibus allicitur*, *quasi paratus ad capiendum*, *ut* juſſu Dei (qui dat eſcam in tempore opportuno) *ad usum & nutrimentum infinitorum hominum rapiatur. Hyberno tempore in abdito maris*, *ad consvetum terminum*, *usque dum capiatur*, *se abscondit.* Appropinquat *etiam* litoribus *propter contemplandos ignes copiosos*, *ante tentoria mercatorum accensos*, *veluti in militaribus castris.*

J. Neuhof Sin. p. 375. Bey Changxa und Nauking in der Provintz Huquang, werden aus dem Fluße Kiang in April und Maji

Monat Fische/ von den Sinesern Xiyu, von den Portugisern aber Sauel (annon שׁעל ?) genant/ sehr häuffig gefangen. Zu welcher Zeit der Keyser einen seiner fürnehmsten Cämmerer dahin setzet/ der ihm etliche Schiffe voll/mit Eys verwahret/lebendig gen Peking senden muß.

Plinius Lib. IX. c. 30. p. 195. Sepias *quoque* & Loligines *ejusdem magnitudinis* expulsas in litus *illud, idem Auctor est.*

Arent Berntsen Berg Danm. oc Norg. Herligh. p. 298. Det händer oc undertiden/ saa som Ao. 1625 at unge Hvale/ som forfolgde oc jage efter Sild/ dem forlöbe udi fiorden oc snefre bugte/ hvor bönderne dem blife waer/ oc sætte Garn neden fore/ saa at de da Sild i stor Mengd/ saa vel som samme unge Springhuale kunde jage paa Landet oc fange/ saa som i bemelte aar da de ved 2 mi'l weigs synden bergen paa den tid oc sted/ saadanne Springhuale/ wid 17 eller 18 jagede i land/ bland hwilke vaare nogle af 16/ 17 oc 18 alnis lengde.

Schonevelde Ichthyol. p. 28. *Decimum* (genus Balænarum) *vocatur* Fischrake *30 ulnarum longitudinis, & est utilis, eo quod* fugat alec versus terram.

Christ. Fyrer von Haimendorf Reiß-Beschr: p. 149. Die kleine Buben stehn an den Ufer mit ihren Warffgärnlein/ und wan die Delphin zu dem gestatt kommen/ und die Fische vor denselbigen fliehen gegen den Land zu/ so werffen sie das Netz/ und fangen ziemlich viel/ ist sehr lustig zu sehen; dan die Delphin helffen ihn gleichsam fischen/ und unterdessen fängt der Delphin auch und speiset sich / dann kein Fisch im Meer ist/ der mehr die kleine Fischlein frißt/ dann der Delphin, darumb wird er Cacciatore di mare oder Meerjäger genant; sie kommen gar nahe an das Land.

Lud. Hennepin Reise c. 26. p. m. 174. Wann sie nun die Aale bey den Glantz des Feuers sehen/ fangen sie dieselbige sehr überflüßig/ weil die großen weißen Meerfische sie verfolgen und ans Ufer des Flusses treiben/ dahingegen sie selbst den selben sich nicht nähern können.

Ælianus Lib. II. c. 8. Deinde perterriti (pisces a Delphinis) aut ad saxum aliquod manent frequentes cum tremore & metu, aut ad litus impulsi exsiliunt. — Ex Delphinorum igitur natatu & piscatorum remigatione undique in angustias compulsi, quòd sentiunt sibi nullum ex tantis angustiis exitum patere, idcirco stant & manent: unde efficitur, ut eorum magnus numerus capiatur.

Ex inundatione item aquarum atque oceani fluxu & refluxu, (qui si ullibi, certe in mari rubro est evidentissimus) immanem piscium copiam in continentem ferri, testimonia tantum non innumera certissime evincunt. Hinc Ælianus Libr. X. c. 43. *Maximis æstatis caloribus cum in Ægyptiorum agros Nilus redundat, atque explicati lævisque marini æquoris speciem similitudinemque gerit: tum Ægyptii ibi piscantur, ubi antea arationes essent: & navibus ad fluvii accessionem accommodatis præparatisque navigant. Postea vero quam Nilus redit ad se, atque ad pristinam modi rationem a natura sibi attributam, pisces a parentis fluvii recessu deserti & aqua destituti, in* brevibus limosis *ad prædam agricolis relinquuntur. Atque hæc* piscium *Ægyptiis ceu* messis quædam *est.* Idem L. 14. c. 3. *Capiuntur etiam pisces sine nassis, hamis & retibus hoc modo. Sinus maris multi desinunt in paludes quasdam, quæ quidem vadosæ sunt. Ad hæc loca periti piscatores eo tempore cum a procellis & tempestatibus conquiescunt multos mortales adducunt, eosque jubent inambulare, & arenam eatenus proterere, & conculcare, quoad ex vehementi pedum impressione, bene alta vestigia faciant: quod si nec ipsa vestigia concidens arena confundat neque ventorum perturbatione aqua concitetur: non longo intervallo eo ingressi in vestigiis impressis planos pisces consopitos, Psettas, Rhombos, Passeres, Torpedines & plerosque alios ejusmodi capiunt.*

P. della Valle Reiß-Besch. Part. 3. p. 230. In deme wir also an dem Ufer fort ritten/ bemerckte ich daß der Strand zu Combrù, sonderlich wo keine Häußer und nicht viel Leute waren zu gewissen stunden mit etwas weisses und rundes bedeckt war / welches von weiten schiene / als ob man etliche stücke silberne Piasters ausgeworffen hätte. Es wurde mir von unterschiedlichen Inwohnern/ wie auch von etlichen Engeländern/ die dieses Meers kundig waren/ welche ich deßwegen befraget/ gesagt/ das es ein **Auswurf des Meers**/ und in dieser **gantzen umbliegende Gegend gar gewöhnlich sey**/ woran man dieses Land von weiten erkennen könne. Oder vielmehr/ daß es eine Art von Fischen seye/ welche etlicher Maßen ein Leben/ jedoch aber keine Gestalt einen Thiers / und keine Bewegung haben. – Wan nun das Meer zu gewissen stunden ablauffe / so bleibe dieser **Außwurff**/ weil er keine Bewegung von einem Ort zum andern habe/ und das Ufer sehr nie-

drig

drig seye/ auf den Rand offen liegen/ biß das Meer wieder wachse/ und von denselben wieder bedeckt werde.

Topogr. Norv. p. 115. Sonsten können sie auff den Klippen stehen und allerhand kleine Fische fangen / und im **Tang oder Meergraße am Ufer** Tang-Spreling/ (ist ein Fisch wie ein Aal) Osters/ Hummers oder Meerkrebs und Krabben zu lust essen. Ihre Schweine wühlen aus **dem Sande am Ufer überflüßig den Fisch Syll** (שׂלו) heraus/ welcher ist wie ein kleiner Hering/ mit einen kleinen Spitzen-Zacke auffm Rücken/ und viel zum Aas auffm Angels gebrauchen wird.

Dalecampius in Plin. c. 57. Lib. IX. *Prope Mompessulum in vico quem vocant Baillargnes, ad ripam amnis Liriæ, vulgo Lez, pisces* effodiuntur.

Peder Claußons Norriges Beskrifwelse p. 24. Af haffwit oc Fiorderne/ Torsk/ Lange/ Hellefisk/ Makrell / Rocker / Sey oc ofwerflodig **Sild**/ naar at den **gaar der til Land.**

Maffejus Hist. Indic. Lib 3. *Ipsomet Festo Assumtionis die, ne quid miraculo rem possit eximere, solito vehementius* intumescens pelagus, ingentem Locustæ (marinæ s. Squillæ) numerum *ad ipsas templi radices* ejecit, *quæ a Lusitanis gratulabundis avidè collecta in multos dies abundè suffecit.*

Joh. Barrius Hist. Lusit. Decad. 2. Lib. 1. p. 16. Alevantouse o mar em furia. & cada vez que o rolo delle descarregava na terra da ponta, onde estava esta sua hernida, lançava dentro *grande numero* de *Lagostas,* que os nossos ouveraon por *manna* enviado do ceo: porque nao somente a os saos, mas a os doentes derao vida, & foi *tanta a copia,* que teverao nellas hus dias que comer. h. e. *Concitatum fuit* mare *atrociter, & quotiescunq;* pervolveret fluctus *suos in* litus *ad* promontorium, *ubi extabat sacellum ejus* (sc. Mariæ) *simul ejecit* ingentem numerum Locustarum (scil. marinarum) *quas nostri accipiebant tanquam* Manna de cœlo demissum, *quia non tantum sanis, sed & ægris vitam dabant;* tantaq; *erat earũ* copia, *ut aliquot diebus alimentum sufficerent.* Conf. super his Cl. Ludolf. Comm. p. 182.

Plinius Hist. Nat. L. IX. c. 57. p. 206. Piscium genera etiamnum a Theophrasto mira produntur: circa Babylonis rigua decedentibus fluviis, in cavernis aquas habentibus remanere.

Nils

Nils Matzson Kiöpings Resa cap. 81. p. 136. När (wid Malaica eller gyldene Chersonesus) fångas och stor Myckenhet af Fisk/ hwilken the uthan nät eller krok fånga med händerna; Ty emedan Landet är lågt/ och Ebbe eller Floden wäxer/ så går watnet högt up på Landet/ hwar igenom **Fisken stiger up**/ både små och store/ och när watnet begynner at falla/ blifwer Fisken **ståndandes qwar uthi giölar** och **gropar**/ och kan intet komma ther uth/ för än watnet begynner wäxa igen. När nu Folket förnimmer, at Watnet begynner falla/ begifwa the sig up på stranden/ och jaga them tilbaka igen/ och så kunna the lätteligen fångas med händerna. &c.

Arent Berg Danm. oc Norg. Herl. p. 164. Öffver dette smale stycke Land haffver Westersöen nogle aar forleden indbrut i Limfiord/ oc den/ som tilförende skal hafve worit gandske eller mesten ferskt wand/ salt giort/ hvorofver saaden **stor Mengde** Gieder/ Karper/ Brasen/ Helt/ Aborrer oc desslige/ som den tilforne war riig af/ skal wære blefne döde/ oc wed **alle Strandbredde opskylde**/ at man pa **nogle hundrede Wogne** dem icke hafwer kund borttage. Oc er siden den tid forskne slags fiske icke udi Limfiord tilgaen/ men allene Flynder/ Aal/ Hwilling/ Torsk/ Sild oc andre **Strandfiske**/ som ocsaa icke ringe/ men högt ere at acte.

Joh. Boem. Aubanus de Africa L. 1. c. 6. p. 18. & 19. *Postremi qui ad meridiem habitant, in hominis forma ferarum vitam ducunt* Ichthiophagi, *sub Troglodyticam oram in* Arabico sinu *Barbari gentes.* — Habitacula *habent* non longe a mari juxta promontoria, *ubi non solum* profundæ cavernæ, *sed* convalles immensæ *&* angustæ speluncæ *existunt*, egressu ipsa natura difficili *ac* tortuoso. *Harum tanquam ad eorum usum* natura *factarum aditus* magnorum congerie lapidum *obsepiunt*, *qua veluti* retibus capiantur pisces. Maris *enim* fluxu, *quod his diebus singulis* circa tertiam *ac* nonam horam *accidit*, oras litori propinquas *inundante*: aqua in immensum excrescens *opertis locis omnibus*, innumeram copiam diversorum piscium secum in continentem defert, *qui quum in diversa loca cibi gratia divertant*, refluente mari *per lapides* pisces *in* sicco destituuntur. *Quos incolæ cum uxoribus puerisque concurrentes capiunt, captosque* supra petras *ad* meridiem sitas, nimioque solis æstu incensas ponunt pauloque post

 revol-

revolvunt: *a quibus sic ad* solem decoctis *carnem omnem excutiunt, & concavo saxo injectam pinsunt, admixto paliuri semine, cibum sibi conficiunt svavissimum.*

Certe est tota hæc narratio notatu dignissima, utpote quæ plurimis rerum circumstantiis quam proxime ad historiam Selavarum videtur accedere. Esse autem Maris rubri fluxum & refluxum longe evidentissimum maximumque, ita ut nonnullis in locis, præsertim circa extremitates ejus, transiri possit, præter alios oculatus est testis Christoph. Fyrer von Haimendorf/ qui in curiosissimo suo Palæstinæ itinerario sive Reiß-Beschreibung in das gelobte Land/ Nurenb. A. 1646. in 4:to edit. sequentia p.m. 107. refert. Man findet auch allerhand seltzame Ding an dem Ufer von **Schnecken**/ groß und kleinen **Muscheln**/ und diß ist die Wüste/**dariñ die Kinder Jsrael drey Tage gewandert**/und kein gut Wasser haben finden köñen ꝛc. & p. 122. Man findet auch viel **seltzamer Fische/ Muscheln** und **Schnecken.** fürnehmlich viel Wasser-Corallen in dem (rothen) Meer. & p. 123. (ut nonnulla ex ante allatis hic repetam) Die Caleori leben alda den meistentheil von Fischen / deren sie **viel fangen**/ einsaltzen/ und darnach **an die Sonne dörren**/ sie haben derselbigen eine **große Menge**/ wie sie uns dann die erste Nacht zu essen gaben her grossen Schnecken/ 5 Schüssel voll gesotten/ dan wan sie in dem Meer liegen/ kommen kleine Granzebali hinein/ welche ihnen zu Essen zutragen und bleiben darnach in ihren Schnecken-Häußer/ damit sie nicht von andern Fischen gefreßen werden. & p. 129. Nach ihnen (nahmendlich Alexander von der Schulenberg und Stephan Bonnet) gieng ich und Jacob Bœyer zu Fuß an das Meer/ da suchten wir **Schnecken**/ und die weil wir sonst weit hätten müssen umbgehen/ auch das Meer abgeloffen/ wagten wirs / und zogen uns auß / und wadeten **mitten durch das rothe Meer**/ es war zu frühe / und eben Zeit/ daß das Wasser wieder anlieff/ derhalben uns sehr angst und bang/ aber wir **kamen hindurch**/ ehe es uns groß wurde/ es gieng uns schon biß an den Nabel / und bald hernach unter die Achseln. Hunc autem affluxum maris rubri ventis orientalibus & australibus vehementioribus insigniter augeri, & aquam per consequens altius in litora ascendere ibidemque diutius tardari te-

ſtatur ſæpe laudatus Joh. Boem. Aubanus, loco modo citato: ubi verba ejus ita ſonant. *Habent hunc cibum* (nempe piſces in litora projectos) ſemper *velut* e penu promptum, *Neptuno pro Cerere eum large ſubminiſtrante. Quando vero* maris tempeſtate *adeo* littori vicina loca *multis diebus inundantur, ut nulla detur piſcandi facultas* (quo tempore cibi penuria laborant) conchas *legunt* permagnas, *quarum teſta ſaxis attrita interiori carne cruda, ſapore oſtreis perſimili veſcuntur. Ubi vero tempeſtas ventorum vi diutius perſeverat, conchæque deficiunt, ad* oſſa *ſive* ſpinas *ex piſcibus excuſſas, & in hunc ipſum coacervatas confugiunt &c.* Sed ſimilem circa rem audiri quoque meretur Johannes de Montevilla in ſeine curieuſe Reiße-Beſchreibung von Palæſtina, Jeruſalem, Ægypten, &c. qui p. m. 136. hoc modo diſſerit. In dem ſelbiger Lande zu Calonach iſt auch ein großes Wunder/ dann **alle Jahr** auff ein ſondere Zeit kommen viel Fiſch dahin/ **an einem Ende des Meers/** und ſeynd der Fiſch gar mancherley/ von viel fernen Landen und Wäßeren/ deren wird als viel/ daß ſich ein Geſchlecht zuſammen thut/ und ſich **über das Waßer** auswirfft/ **daß jederman Fiſch findet/ das währet drey Tag und drey Nacht/** und welche lebendig bleiben/ und in das Waßer ſpringen/ die flieſſen hinweg. Das wolt ich nicht glauben/ biß ichs ſelbſt ſahe. — und wird ihr offt **ſo viel/ daß ſie ein ander außſtoßen/** und thun gleich als wann ſie Wurtzeln ſuchen auf der Erden/ dann ſie graben gegen der Erden. Aber etliche andre meynen/ **Gott hab ſein Wunder damit gethan/** daran man findet in ihren alten Chronic-Büchern/ **daß Ogier und ſein Volck gebreſten hatten/ da er in das Land kam/** darum ordnet GOtt/ daß die Fiſch dar kamen/ daß er und die ſeinen zu eſſen hatten/ dann **Ogier** war **Gottes Kämpffer.**

§. XIV.

Atque his ipſis exiſtimamus nos argumentis apodicticis h. e. certis & infallibilibus demonſtratum iviſſe hiſtoriam Selavarum, qualis in Scripturis ſacris traditur ad piſces longe melius quam ad Locuſtas, vel etiam Coturnices adplicari poſſe. Succeditq; ut alias adferamus rationes, quæ novæ noſtræ ſententiæ ſatis

alioquin, ut speramus, adstructæ & vindicatæ, patrocinari videbuntur. Omnium itaque primo paucis dicendum est, quanti habenda sit opinio de Locustis mundis & esu licitis. Non moramur nugas Talmudistarum *octingenta genera* Locustarum mundarum Israelitas Babylonem secuta fuisse, crasse fabulantium, (utpote quas & summus Ludolfus ad partem contemnit atque rejicit: putando *octoginta* pro *octingenta* scribi debere,) neminem emunctioris naris fidem talibus habiturum existimantes. Quocirca ad illud, quod fundamenti loco pro munditie Locustarum substernit vir maximus, accedimus. Locus est Levit. XI. v.21. אך את זה האכלו מכל שרץ העוף ההולך על ארבע אשר לא כרעים ממעל לרגליו לנתר בהן על הארץ h. e. *quod graditur super quatuor* (pedibus) *cui* sunt *crura ultra* (vel præter) *pedes ejus ad saliendum* (in) *illis in terra.* Descriptio generalis hoc habetur versu, quam mox v. 22 excipit denominatio specialis quatuor mundorum genera præcipua constituens *ARBEH, SOLAM, CHARGOL* & *CHAGAB*. Ego vero hunc locum de Locustis agere in totum pernego: quod ubi demonstratum fuerit, Locustas nullas mundas esse vel evidentissime consequitur, cum hic locus unicus sit, ad quem in tali casu provocare solent eruditi. De avibus esu præstantissimis hic sermonem institui certum est. In qua sententia eo firmior sum; quo certius mihi compertum habeo, esse aves quibus non tantum descriptio hæc generalis per omnia competit, sed, quod mireris, specialis quoque, siquidem hodienum nobis supersunt aves *ARBEH, SOLAM, CHARGOL* & *CHAGAB* dictæ. Quibus eruditiss. Boschartus ex sacro codice quinque addit, scilicet Gob, Gazam, Chasil, Tzelzel & Ielek; *Quæ quonam referendæ sint, Judæi ipsi*, ut fatetur cl. Ludolfus, diss. part. 3. p. 13. *ignorant.* Hæc autem omnia cum demonstratu prolixiora sunt, in aliud tempus, mihi reservanda erunt, peculiarem enim huic explicando loco operam, commodiore sese offerente occasione, impendere animus est. Itaque ex dictis interim concluditur, pro munditie Locustarum citatum Levitici locum non pugnare, atq; cum alius non sit in tota Scriptura sacra, immundas eas esse omnes judicamus, ita ut firmo semper stet talo illud dictum Levit. II. v. 42. כל מרבה רגלים שקץ *omne multiplicans* pedes duos, *abominatio.* Hinc

Hinc aliud contra Locustas emergit argumentum, quod consternationis ex adventu earum ortæ Num. XI. nulla facta sit mentio. Quam venenosæ enim sint indolis & naturæ Locustæ, passim apud auctores legitur, ut taceam Locustas esse animalia fere omnium salacissima, impurissima, rapacissima & maxime noxia. Neque hoc ipsum tacet Scriptura sacra testis omni exceptione major. Etenim Exod. X. v. 15, 16, & 17. satis superque innuunt, quanta fuerit clades terræ Ægyptiæ ab his illata, & undique adeo fuisse trepidatum, ut Pharao Mosen, quem ceteroquin alloquio suo non fuerat dignatus, supplicibus exorarit precibus, pro se apud Deum intercedendo averteret istam mortem. Confer. Joel. c. I. Amos c. VII. v. 1.

Dicuntur autem Locustæ, explicante summo Boscharto, *mors* ex consequenti: quandoquidem haud aliter ac illa animalibus, hæ iis quibus vita mortalium alitur & sustentatur, præsentissimum adferant interitum. Ita enim habet sese versus 15. Exod. X. *Operuerunt universam superficiem terræ, vastantes omnia. Devorata igitur est herba terræ, & quicquid pomorum in arboribus fuit, quæ grando dimiserat: nihil quoque omnino virens relictum est in lignis, & in herbis terræ, in cuncta Ægypto. Ambediunt*, teste Tacito, *quicquid herbidum est & frondosum; ut nec culmus nec gramen ullum* (sunt verba clariss. Ludolfi in comm. p. 178.) *remaneat, & arbores frondibus & cortice tanquam vestibus nudata, instar truncorum alborum conspiciantur. Audiuntur virorum & fœminarum planctus, puerorum ejulatus, pecudum mugitus, oviumq; balatus. Tantam in tota regione tristitiam esse Patres societatis scribunt, ut cor durissimum ad commiserationem promoveatur. Cerneres vias omnes miseris hominibus oppletas, qui suapte sponte in exilium proficiscuntur, plerisque intereuntibus pecudibus, adhæc oleribus atque frugibus destituti fame moriuntur, ut procul dubio pestis ista omnes plagas ipsamque adeo pestem longe superet.* His similia tradit Boschartus, dicendo: Arabes voracitatem Locustarum exprimere verbis *ingurgitare, decorticare, corii instar radere & lævigare, deglabrare & depilare;* siquidem hæc animalcula quicquid in agris est ingurgitant, vorant, excorticant, radunt, deglabrant: Neque solo morsu nocent, sed & contactu adurunt. Adhæc ut in Damire ex-

 stat,

ſtat, *ſaliva earum virus eſt herbis & arboribus tam noxium,* ut in quodcunque incidit, id deperdat. Quid quod plus ſæpenumero damni mortuæ quam vivæ inferant, tetro & viroſo odore aerem inficientes, unde graviſſima ſequitur lues, adeoque plures hominum Myriades tali peſte, paucis diebus abripiuntur, quam diuturnis bellis. Hinc in Damire *nullum eſt animal pernicioſius.* Et Muhametes: *Mille animalium ſpecies creavit Deus, ſexcentas in mari & quadringentas in terra. Sed horum prima* peſtis *eſt* Locuſta, *qua deſtruente ſequitur reliquorum exitium, ut monile conſertum.*

Plura recenſere teſtimonia, immanes prorſus & omnem fidem exſuperantes clades a Locuſtis inferri ſolitas comprobantia, ſuperſedeo, cum allata ſatis ſuperque videantur ſufficere. Id vero conſequitur vel renitente magno Ludolfo, plura heic ſtatuenda eſſe miracula, ſi Locuſtas intellexeris: nimirum cum, referente Rabbino Mauro, advenientes obtenebrarint ſolem inſtar alicujus nubis, & teſte Scripturâ, univerſam operuerint terram: quomodo hic absque miraculo caſtrorum ambitus tantum contexerint, neque ulterius & quaquaverſum immenſa terrarum ſpatia agmine ſuo compleverint: quomodo ob locuſtas ſuper caſtra ſpatio bicubitali delapſas adeoque præ foribus excubantes, exitus Iſraelitis patuerit: Quomodo hæc animalcula hominibus non minus quam proventui terræ maxime noxia, ut ex ſuperioribus patet, vel viva Iſraelitis eorumque pecoribus, herbas, gramina, frutices, arbores omnemque terræ proventum atque virorem non depaſta fuerint, vel mortua tetro & viroſo odore ne hilum quidem nocuerint, niſi Deus ora ipſis præcluſiſſet, non ſecus ac leonibus, ne noxam Danieli inferrent. Quî denique factum quod hæ per totos dies noctesque in terris permanſerint? cum multorum tamen conſtet teſtimoniis, locuſtas alias certo diei tempore ordinarie demigrare abireq;, ut Rabbi Simon Ben Jacob teſtatur. Quæ miraculorum multiplicatio heic ægre concipi poteſt. Denique cum memoria cladium Ægyptiis recens per Locuſtas inflictarum, tam alte animis Iſraelitarum etiamnum inhæreret, non poterant non primo adventum earum horrere, utpote qui non ſibi minus quam Ægyptiis nocere poſſent: Deinde vix induci, ut de iis deliba-

barent: tandemque ad eas cum deliciis vescendum miraculose compelli. Hinc est quod ex relationibus Judæorum de locustarum esu passim videre licet, non nisi infimæ sortis plebem, alias fame forte pereundam eas comedisse, quod suspicandi materiem præbet, lautioris conditionis homines iis abstinuisse, siquidem egena & indiga plebs ea nonnunquam in cibum convertit, quæ non tantum præstantiores mortalium horrent, sed & animalia sæpe rationis expertia. Quid quod in propheticis interdictionibus, nunquam non inter cæteras pœnas connumerantur locustæ. Ultimo vix credendum est, Scripturam sacram heic loci tacuisse memorabiles illas circumstantias, quarum alibi meminit, ubi Locustarum vel ארבות adventus describitur: ut silentio prætercam, Deum optimum maximum, certo miraculo Israelitis jam demonstraturum omnipotentiam suam dicendo Num. XI. v. v. 23. היד יהוה תקצר. Hieronym. *numquid manus Domini invalida est?* dare ipsis in escam voluisse animalia omnium impurissima & horridissima! num enim hoc miraculum? numque hanc ob causam juberentur Israelitæ in crastinum sanctificari, ut habet versus ibidem 18.

Verum enimvero ut hæc mittam, reliqua pro stabilienda Cl. Ludolfi opinione, argumenta expendere juvabit, utpote quod primo dicat: *nisi trajectum asseramus, nullam probabilem rationem dari posse, cur maris hic fiat mentio, non enim esse in communi loquendi usu maris facere mentionem, cum res cis mare reperta ad nos afferuntur.* Non opus est mihi cum coturnicum Patronis, ad occurrendum huic rationi, Coturnices aquaticas vel litorales aves, quæ in algis Maris rubri nidulentur, fingere, ut sic a mari abreptæ dicantur, cum nemo non videat trajectum talem ex mari ipso in *PISCES* optime quadrare, ut adeo Samaritanum vocabulum אנין quod idem est, atque Hebræum נון meæ sententiæ tantum ad minimum faveat, quantum alteri. Etenim de piscibus ex *alto mari in ripas expulsis* non improprie dicitur *transire, trajicere*, ut bene Anonymus contra Ludolfum institit, sed melius adhuc, si piscium volatilium trajectui acquievisset.

Ad alterum quod objicitur, nimirum phrasin *a mari* vel *e mari* etiam de rebus *trans mare venientibus communiter usurpari*: respon-

ſpondeo, modum probandi non ſatis ſibi conſtare, ſiquidem auctoritates ex Græcis & Latinis auctoribus allatæ non probant acceptiones vocum Ebraicarum. Quis enim dixerit מן *min* Ebraicum, Laponicum, Dalekarlicum & Copticum ſignificare *trans*, licet, *a*, *ex*, vel *e* & *ab* Latinis, promiſcue uſurpentur; cum מן, ipſo etiam fatente Ludolfo, numquam *trans* ſignificet. Verba ejus in Diſſ. part. 1. p. 42. hæc ſunt: *Quamvis enim particula* ם *vel* מן *ſola & per ſe nunquam TRANS notet, attamen nihil obſtat quo minus res trans mare venientes* מן הים *A MARI venire dicamus?* Interim pro mea ſententia non tantum ipſa Scriptura & vera vis vocis מן pugnat, ſed & auctor libri ſapientiæ, qui capite decimo nono verſ. 11. ita loquitur: εἰς γὰρ παραμυθίαν ἀνέβη αὐτοῖς ΕΚ θαλάσσης ὀρθυγομήτρα Interpr. Græc. *In enim conſolationem aſcendit eis* de (*ex*) mari *ortygometra*. Quod nonnulli, inquit cl. Boſchartus, *ſic acceperunt quaſi in* ipſo mari ortæ *fuiſſent. In qua ſententia video eſſe* quoſdam Arabes. Item Aſſeriph, cui *coturnix avis eſt, quæ exit* ex mari. Et Damir: *Eſt ex avibus migratoriis: Atque ita ignotum eſt unde veniat, ut quidam aſſerant* ex mari ſalſo, & in illo videri volantem, alarum unâ immerſâ, & altera in veli modum expanſâ. *De quo Ægyptii valde ſunt ſolliciti, ac proinde eam avem pro pretioſa habent.*

Quis vero eſt, qui apertis oculis non videat, auctores prædictos de *Piſce volucri* vel *Coturnice ſquamata*, ſi eundem ita appellare fas ſit, non autem *plumata* ſermonem inſtituere. Etenim volatum piſcis volucris nihil expreſſius indigitare poteſt, quod in ipſo volandi actu, unâ aquis quaſi immerſus alâ, alterâ vero per aera ſæpe ferri conſpiciatur, ut ex deſcriptionibus ejus, nec non teſtimoniis ſuperius allatis ſatis patet. Quò reſpicit & Oppianus, eleganter pro more ſuo, canens libr. I. de piſc.

At radunt ſummam *Milvi lati æquoris* undam:
Hos nanti *ſimiles dices, ſimileſque* volanti.

Deinde, nulla avis alia, proprie loquendo, exire ex mari dici poteſt præter piſcem volucrem, qui ex ipſo *mari* & quidem *ſalſo*, quod bene additur, exit. Denique, quoniam fatentibus tam auctoribus aliis, quam maxime clariſſ. Boſcharto & Ludolfo, quod Ægyptus coturnicibus terreſtribus valde abundet, quorum

rum ille in Hierozoici part. 1. L. 1. p. m. 107. ita loquitur: *Sed nullibi coturnicum copia major quam in* Ægypto, *& vicinis locis*. Posterior vero in Diss. part. 2. p. m. 28. sequentia refert. *Vulgata quæ alias* Coturnicem *habet, hoc in loco caute retinuit* ortygometram, *quia* novus sapor & nova creatura *minime quadrabat in* coturnices, *cibum* in Ægypto *communissimum & vetustissimum)* non video quo argumento statuere liceat Ægyptios coturnicem vulgarem pro rara habuisse ave: huc quoque accedit, quod auctor Libri sapientiæ avem hanc, utpote novam plane & incognitam, describat, quod ad coturnices nostras plumatas eo minus adplicari potest, quo certius est Israelitas hos in Ægypto sæpius vidisse, & forte comedisse. Verba auctoris laudati libri sunt sequentia: ἐφ' ὑστέρῳ δὲ εἶδον καὶ γένησιν νέαν ὀρνέων. h. e. *in novissimo autem viderunt &* generationem novarum *avium*. Addo tandem alia pro Selav argumenta, quod piscis volucris sit potius, quam avis plumata pennataque, quibus vel inniti adsentient in universum omnes, nisi qui alteri de coturnicibus sententiæ antea sese totos manciparunt. Petuntur illa in primis ex genio lingvæ tam Hebreæ, quam Gothicæ aliarumve. Nimirum in iis omnibus vocabulum *pluere, depluere*, nunquam vel rarissime certe de avibus libere per aëra volantibus plumatis proprieq; sic dictis acceptum deprehendes; verum de piscibus rebusque aliis, quæ ad instar pluviarum, grandinum, lapidum, sagittarum &c. cadunt depluuntque. Hinc est quod regius Psaltes David in Psalm. 78. v. 27. hunc in modum canit: וימטר עלהם כעפר שאר וכחל ימים עוף כנף: *&* pluit *super eos sicut pulverem carnem, & sicut arenam marium* volatile alatum. Et mirari profectò convenit, quam apte cum his coincidant verba doctissimi Athenæi, qui utut gentilis fuit, multa tamen de operibus & miraculis Dei Optimi Maximi audisse colligitur ex Deipnosoph. Lib. VIII. c. 1. ubi ita disserit: *Multis quoque in locis* piscibus Deum pluisse *non ignoro*. Phanias igitur libro secundo de Diis qui apud Eressios πρυτανεῖς fuerunt, tradit in *Chersoneso* piscium imbrem *toto triduo cecidisse*. Phylarchus scribit, piscium *multis visam fuisse* pluviam, *non paucis in locis*. Et Plinius Histor. Nat. L. 21. c. 1. *Quid esse mirabilius potest aquis in cælo stantibus? at illa, ceu parum sit in tantam pervenire altitudinem*; rapiunt *eo*

secum piscium examina. Hinc Rochefort Hist. Nat. Nat. Mor. des Iles Antil. cap. 16. artic. 1. p. 185. *de* poissons volans sive *piscibus volantibus.*

Il a veu mille fois sous les cercles brulans
Tomber comme des cieux *de vray* poissons volans:
Qui courus dans les flots par des monstres avides,
Et mettant leur refuge en leurs ailes timides
Au sein du pin vogueur pleuvoient *de tous cotez,*
Et jonchoient le tillac de leur corps argentez.

Atqui si in etymologiis venandis luxuriari nonnihil licet, non prorsus incongruum videretur dicere Latinorum vel Italorum *Coturnix*, *Chotronisse*, & *Coturno*, Hisp. *Cuaderuiz*, descendere à Græc. ἰχθόρνιξ, vocabulo composito ab ἰχθὺς *piscis* & ὄρνιξ Doric. pro ὄρνις *avis.* Cum hic ipse ab actu volandi *piscis volucris*, *piscis volans* vel *avis* potius plerisque audiat. Unde adhuc inter doctos ambigi solet de vera veterum Coturnice; quam alii coturnicem proprie sic dictam, nobis Wattel, Germ. Wachtel/ Flandr. Qwackel; Gallis *Caille*; Angl. *Quayl.* Illyriis *keziepelka* &c. dictam. Alii perdicem majorem nobis Raphona/ Germ. Rebhun &c. Alii aliam avem statuunt. Quid si Coturnix sit contractum *Gurnit* s. *Gurnat?* Gornus & Gornatus Gesn. p. 499. Willigby p. 279. &c. quo nomine piscis volans, hirundo Aldrovandi aliàs dictus gaudet. Et hinc forte *Ornithia* atque *Chelidonia* venti, *Gornatos* vel *Chelidonias* adferentes vel ex mari elicientes, vocati, cum & Phanodemus scribat, insulam Delum ab Achæis idcirco Orthygiam nuncupatam, quod ejusmodi volucres gregatim ex mari proficiscantur in hanc insulam portuosam (εὔορμον). Ælian. Athenæus, Gesner. Bochartus.

Ad miracula vero illa, quorum mentio passim injecta cernitur, quasi *multiplicata præter necessitatem, vim naturæ inferant, sive aliud, nescio quid superstitiose redoleant*, observandum censeo, multiplicationem talem non multum secum habere incommodi; quid quod necessário concipienda sit. Etenim quando unum a Deo patratum miraculum intelligitur, idem plura tanquam indivulso excipere nexu, adparet. Sic simplicis miraculi vicem obtinet, quod viri Judæi Schadrach, Meschac & Abed Nego illæsi exierint fornace ignis ardentis, in quem ob spretum negatumque

que statuæ aureæ a Nebuchadnezare erectæ cultum in chlamydibus, femoralibus & tegumentis (capitis) suis, & vestibus (reliquis) ligati conjiciebantur; cum tamen complufcula insimul facta miracula recenseri possint: utpote quod non tantum corpora eorum ab igne penitus intacta fuerint: Sed neque vestes exustæ & absumtæ: quod manus pedesque vincti projectiq; in fornacis calore respirare potuerint: quod denique tres tantum immissi in medium fornacis fuerint viri, & adstantes tamen per vehementissimas ignis flammas, mox quatuor ambulantes conspexerint &c.

§. XV.

Ex superius allatis patere quodammodo existimo, num insecta volatilia possint עוף כנף vocari? *Scilicet extra controversiæ aleam est,* עוף *nomen generis esse, & ad insecta commode referri; non secus atque* כנף *de iis recte prædicari.* Verum cum altiore mentis indagine bina Scripturæ Sacræ loca, ubi עוף כנף conjunctim posita comparent, scrutamur, facile nobis ignoscendum est, quod etiam hac in parte, a Magno Ludolfo discedimus. Etenim quoniam antea demonstravimus vers. 21. Gen. 1. ubi mentio fit vocabulorum τῶν עוף כנף, tantum agere de proventu maris, & Davidem in Psalmis, ubi desideriis Israelitarum Num. XI: pisces quos in Ægypto gratis comedebant, adpetentium, satisfactum esse memorat, eadem repetere verba, in aprico cuivis est, insecta עוף כנף proprie non vocari, sed in genere *examen piscium minorum*, in specie autem *volantium*; heic indigitari, haud aliter quam multitudinem vel *examen avium minorum* suspicemur צפור כנף dici. Præsertim cum non sit aliquis in universa Scriptura Sacra locus, qui sententiam contrariam apodicticis confirmet argumentis.

Et ubi penitius vocabulum כנף perpendimus, idem non alam modo Goth. Snaf significare deprehendemus; sed & quod forte Clariss Ludolfo non incidit, *cœtum, examen, collectionem, congregationem.* Quo ipso iterum coincidit cum Gothico nostro Knippa; unde Fogel Knippa, fasciculus avium. Fisk Knippa, fasciculus piscium. a verbo radicali Knöp Goth. כנף *Canaph* Heb. *collegit, congregavit, associavit.* Et ejusmodi quid etiam innuere videtur vocabulum כנף cum עוף conjunctum, utpote examen

men piſcium minorum. ita ut ambo illa vocabula junctim poſita ſignificatum habeant eundem, quem vox שלו h. e. examen piſcium minorum. Quemadmodum & hodieque hic in Septentrione vocatur Silu/ Sula/ Sele Run. Goth. Sel Germ. Geſn. nomencl. aquat. *Shole* & *Scole* Angl. Willigb. Hiſt. piſc. quo nomine in ſpecie quoque *examen harengorum* Goth. Sil, ob immanem ſuam copiam inſigniri ſolet. eandemque ob cauſam ab aliis ut Germanis Hering/ Flandr. *Harinck*, Goth. Hären/ Angl. *Herring*, Latino-barb. *Harengus*; Belg. *Haring*; Gall. *Harenc*, Hiſpan. *Harinca*. Ital: *Harengo* vocatur. Eſt enim Goth: Her & Heren, exercitus, copiæ, turmæ. Sed ad שלו, quod a radice Sala/ Sula oritur. h. e. *congregare, colluviem miſcere, coire, confluere.* Nec ingenioſiſſimo Caſp. Neumanno tamen aſſentiri poſſum, qui in ſuo ספר תולדות ſeu Geneſi Hebraica vocem שלו procompoſitam eſſe dicit a של verbo ficto, operiendi ſignificationem habente, qua tamen Skyla Goth. confirmat, & לוה *adhæſit*, Loa Goth. Longe enim abſum, ut ſecundum eam opinionem credam, vocem illam, ideo operiendi & contegendi ſenſum ſubire, nedum Locuſtas ab operiendi vel contegendi virtute, unquam *Selavim* in ſacro codice dictas.

בנלך ואע׳ בילאו

Emendanda.

Pag. 2. lin. 8. a fin. leg. quæ. p. 6. l. 7. a f. prolixa. l. 2. & 1. a f. tem-peſtuoſus. p. 9. l. 8. τῆς θαλάσσης it. τὴν παρεμβολὴν. l. 7. a f. τῆς. lin. 22. unicum. p. 29. l. 15. appellantur. p. 44. l. 5. a f. anſenlig. p. 45. l. 22. Ver. Lex. l. 24. מחנה. l. 2. & 1. a f. macellum, p. 46. l. 2. macella, l. 18. field p. 47. l. 10. a f. addantur p. 52. l. 11. a f. סביבות p. 53. l. 16. ὀργυιὰς. p. 54. l. 6. a f. manibus. p. 63. l. 8. & 7. a f. an-nuit. p. 64. l. 18. pour Monſr. le. p. 66. l. 7. אחה l. 8. להם l. 21. negationi. p. 67. l. 15. confeſtim. p. 68. l. 13. cui *pro* quorum. p. 74. l. 2. attuliſſet. l. 3. concupiſcerent. p. 80. l. 4. Topographiæ. p. 83. l. 9. & 10. Itineraria, p. 87. l. 10. a f: יגדל p. 92. l. 10. a f. ſom. p. 94. l. 12. a f. μωρὶ p. 101. l. 22. ſuffocatio p. 129. l. 14. יסע קדם p. 140 l. 12. a f. & alibi paſſim Bochartus p. 44. l. 12. verſ. 12. lin. 13. ὀρθυγομήτρα. p: 12. l, 21. & 22. hamaganeh. p. 29. l. 26. à עי *congregavit.*